

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Geo-hydrographia s. orbis terrarum descriptio - Cod. Ettenheim-Münster 111-116

Suevia - Ettenheim-Münster 115

Cartier, Gallus

[S.l.], [18. Jahrh.]

Caput X. - Deu Suevia sue circulo suevico

[urn:nbn:de:bsz:31-111178](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-111178)

Capit. Sectio X.
De Suevia seu Circolo Suevico.

Suevia ampla Germania provincia, et quae Decem Im-
perii Germanici Cirulorum unus est, limites habet versus
Orientem Bavariam, quam Lynus |: Ivo Luf:| annis ab ea
separat; ad Austum Tyrolim et Helvetiam, ad occidentum
Alsatiam; et versus Aquilonem Palatinatum Inferiorem et
Franconiam. Eius longitudo à Septentrione ad Meridi-
anum est 36. miliarium, et latitudo ab oriente ad occidentem
33. Aere temperato et salubri gaudet. Frumenti et grami-
nis dives est, necnon versus Septentrionem à Studgardia ex
utraque Neccari |: Nochor:| fluminis parte usque ad confinia
Palatinatus Inferioris vinum, quod ab hoc flumine Nacca-
rense dicitur, copiose profert, & addunt etiam feni et
Argenti fodinae, necnon thama salubres et auidula, ut et
Salinae. Ligno et feris ejus silva abundat.

Præcipui illius fluvii sunt Danubius |: Ivo Donau:| Neccarus
|: Ivo Nochor:| Lynus |: Ivo Luf:| et Ilenus |: Ivo Ilen:| Danu-
bius Sueviam in duas partes dividit scilicet in Superiorem et In-
feriorem; prior eas regiones complectitur, quae ad Denteram Da-
nubii versus Bavariam Tyrolim et Helvetiam posita sunt; posterior
verò reliquas versus Alsatiam, Palatinatum Infe-
riorem et Franconiam sitas continet. Ulterius Suevia
dividitur in Imperialem seu Casarem, et Austriacam: haec
eas complectitur regiones, quae Domus Austriaca in ea possidet;
prior autem illas provincias et Dominia, quae à Principibus
Comitibus, aliisque Imperii immediatis Imperii Statibus possi-
dentur, et quibus Cirulus Suevicus proprie constituitur;
enimvero ea, quae Domus Austriaca in hac provincia habet,
non ad Suevicum sed ad Austriacum, quod alibi jam ac-
notavimus, pertinent Cirulum.

Suevia à Suevis veteribus Germania populis nomen
hunc obtinuit. Hi, quod plerique Historiographi arbitran-
tur, olim sedem longius ad Septentrionem, in Scandia
et Suecia, necnon circa Mare Balticum, quod hodieum
adhuc Mare Suevicum vocatur, habuere, unde et forsitan
Suecia ab ipsis dicta est. Nomen ipsi accepisse dican-
tur à Suevo ex primis Germania Regibus uno illo-
rumque protoparente. Tacitus illius meminit, ait-
que tanquam Deum à Germanis habitum et cultum
fuisse, à quo originem suam quandantem traxissent.
Sunt verò, qui arbitrantur illos nomen suum habuisse
à Suevo flumine, quod hodieum aut Sprea, aut
Viadrus seu Odera est, ubi nempe antiquitus residerunt.
Alii adhuc illud à voce Germanica Suevorum fluctuare
derivant, quod praeteris Rhocnicibus dicitur huc illucque su-
per Mare fluctuaverint, priusquam alibi residerint,

q ut et in ea illius re-
gione, quae Bisgoja
vocatur, Basileam
usque.

2
vel quod fama et virtute aliis nationibus in immensum
praestiterint: wail ift nym And magt Hor andron Hölchran
writ nym for geyfurbt fäth: | verum haec opinio debilis omnino
videtur.

Quidquid ea de re sit, certum nihilominus est
Suevos omnium Germaniae populorum potentissimos
amplissimos et fortissimos fuisse, quod de ipsis Tacitus,
Julius Caesar, et Orosius testatum reliquerunt. Et
recenti etiamnum aeo antiquam fortitudinis suae famam
retinuerunt, enimvero de illis dicere solebat Imperator Ru-
dolphus I. Habsburgius, se cum 4000. galeatorum et 40000.
peditum Suevorum universum orbem perdomaturum.

Circa illorum primordia haec narratur, Siliet. memoratum
Regem Suevum, qui tertio vel quarto post universale diluivum
Saulo vixit, atque in Bohemia sedem habuit, nimium multi-
plicatis incolis, cum parte illorum navi concessa a quorūque
paleato ad Maris Baltici latus appulisse, eique vicinam oc-
cupasse regionem. Socii, quod eos in optimam terra plagam
adduxisset, illum Semi-Di loco habuerunt navisque, in
qua vel ipsi omnes vel saltem ipse una cum primoribus
Mare transfretasset, Diis suis velut sacrum quid consecras-
se, quod memorare videtur Tacitus dum de illis ait, quod
liberam navim in suis Templis Diis consecrarent. De-
hinc eis semper proprii Reges imperarunt, donec a Clodoveo
Francorum Rege devicti fuerunt, prout mox dicitur sumus.

Suevi fixis ad Mare Balticum sedibus aliorum Germaniae po-
pulorum exemplo latrocinia et pradae coluerunt, et
cum pradae agendi eos deficiat occasio, venatione, pecoribus et
terrae fructibus vitam sustentabant. Singulis ferme annis
habitationem mutabant, eamque semper ab Aquilone ma-
gis versus Meridiem protendebant. Suetonius refert, Im-
peratorem Augustum illorum partem Rhenum versus trans-
tulisse; hi forte modernorum Suevorum factores fuerunt,
nullum enim vestigium apud antiquos scriptores reperitur, quod
primae Suevorum sedes in ea, quae modo Suevia vocatur, regione
fuerit, quin potius memoria proditum est, Vindelicos et Marco-
mannos, qui postmodum Alemanii dicti fuerunt, illam primitus in-
coluisse, vicinosque habuisse Hermunduros, qui vel Suevi fue-
re, vel postea se ipsis permiscuerunt, nam Saulo IV. Hermundorum
nomen ex historia evanuit, et Suevorum duntaxat in hac regione
fit mentio, quibus hodie Transonia usque ad Thuringia con-
finia adscripta etiam adscripta sunt. Ergo Suevi tandem Ale-
mannis se se iunxerunt, ac una cum illis unus populus facti sunt.

Quomodo Saulo IV. Suevi se se diffuderint, indicat Jordanes
de rebus, got. c. 53. ubi ait Suevos ab oriente Bajuvaros | Ba-
varos: | ab Occidente Franos, à Meridia Burgundiones, et à
Septentrione Thuringos habuisse vicinos.

Quamvis plerique Suevi, prout memoravimus, fines suos us-
que et usque protulerint, illorum tamen plurimi antiquas
sedes suas prope Albin et Oderam retinuerunt, atque Nordaleni,
Nordovi, aut etiam Nordosquevi | Noord-Florin seu Nord-

Sectio I.

De Episcopatu Augustano

* *Algovia, Algea, et propter vicinas Alpes Alpyovia, ab Alemanis Alamanica propria seu Almannovoria dicta* | *Origo, et Origo* | magna et Spectabilis Suevia provincia, confinis est ad Septentrionem Danubio, ad Orientem Lupo fluminibus, ad Occidentem Helgoviae et Lemni Constantiensi, et ad Austrum Comitatus Tyrolensis. Complectitur Marchionatum Burgavicensem, Comitatum Brigantinum et Montfortensem, Dominia Episcopi Augustani, Abbatias Campidonensis Comitatus Suggesorum, Wabburgensium, Koenigssee, et abbasque et Abbatis que intra haec dominia continentur.

* *Velserus* | *Marcus* | natus in civitate perhibetur eo. Junii 1595. ex nobili et veteri Augustana familia, quia a Belisario Justiniani Imperatoris Beliduce ortum trahere dicitur. Fuit vir apprimi eruditus et celeberrimus antiquarius, necnon studiorum promotor haud vulgaris. vivere desinit 23. Junii an. 1614. Scripsit *Reverentiam Augustanorum Commentarios*, *Annales Bojorum*, *Basileam S. Ape*, *Vitam S. Ubalici*, *Fruguentia Tabula antiqua*, *Epistolas*, p.

Episcopatus Augustanus Algovia* regio, si illius Ecclesiastica et Episcopalis jurisdictionis spectetur, satis amplius est; cuius confinis est ad Orientem ultra Danubium | *Lupus* | flumen Episcopatus Frisingensi et Ratisbonensi; versus meridiam Alpiibus. Episcopatus Brixinensi et Cuiensi; ad Occidentem Episcopatus Constantiensi, à quo fluvius *idus* | *Idus* | fluvius illum Lepa- rat; et versus Septentrionem trans Danubium Episcopatus Herbipolensi et Aichstadiensi. Quantum vero illius temporalem jurisdictionem seu dominium spectat, limites habet ad orientem Bavariam et Tyrolim, à quibus Lupo distinguitur; ad Meridiam, ubi prope Lupo naturam desinit in uspidem Comitatum Brigantinum et demum Tyrolim; ad Occidentem Comitatus Brigantinum et ~~Koenigssee~~ *Kotenfelsa* *Koenigssee* | *Koenigssee* | *Brinipatum Campidonensem*, *Lotinque Mindelheimense*, et Burgoviam, ad Septentrionem denique eandem Burgoviam, et Bavariam.

Circa huius Episcopatus originem communis est opinio Episcopum quemdam Narissum nomine una cum Diacono suo Geli- ce, qui postmodum ambo in Hispania Martyrii coronam sunt Episcopi Augustani, Abbatias, illius fundamenta jecisse: hi enim, prout narratur, an. Chr. 302. in persecutione Diocletiani Imperatoris Augustam Delati apud mulierem Afram nomine Cypro Insula oriundam et maritimo quaestu viventem dixerunt; eumque cum tota domo sua ad fidem Christi adhaerent, necnon *Sozimorum* *Ape* armenicum prius baptizatum et in Baptismo *Dionysium* *urbis* primum constituerunt Episcopum. Sunt tamen alii, inter quos *Marcus Velserus*, qui huius Dionysio longe posteriore tribuunt aetatem, contenduntque ante ipsum *Lucium* quemdam huius fidei Christi annuntiasse, quae postmodum pene extincta, aut saltem ethnicis abominacionibus adeo foedata fuerit, ut S. Columbanus ejusque discipulus S. Gallus, qui circa annum Domini 600. venientes in hac plaga Evangelium praedicant, labores omni novos invenerint; tuncque *Sozimorum* qui et *Dionysius* dicitur, circa an. 600. primum Augustanae Civitatis Episcopum fuisse designatum.

In Episcopatu Augustano octodecim numerantur Abbatias, novem Monialium Monasteria; novem Praepositurae; et quadraginta et una Parochiae seu Capitula Ruralia, quae mille Parochias complectuntur.

1. *Augusta Vindelicorum* seu *Augusta Rhetorum* | *Dringburg* | *Impla* et libera Imperii germanici Civitas, Sedesque Episcopi sub Metropolitano Moguntino, sita in ultimis versis Bavariam Suevia finibus in colle amoeno. *Lycum* | *Lupus* | inter et *Vestachium*, antiquitus *Vindonem* | *Wostarf* | fluvius, à quibus *Vind* nomen trahere videtur, miliaria ad occidentem à *Widberg* Bavaria urbe, et 8. ad *Canonem* à *Monaco* subgr. long. 30. m. 46. lat. 48. m. 24. Aere salubri gaudet, Solisque ejus juvenidum et fertile est adeo, ut omnibus ad commodam

vitam comparatis abundet, si vinum exipias. Idam circumdant
ampla vireta, plenties pulchra, necnon silva spectabiles feris
quadropedibus et pennariis repleta. Proxime ad Urbem vii
Solium irrigant, ubi horti magnifici et aedes voluptaria occurrunt.

Quantum ad eius originem ipsi eam aetas attribuitur. Metropo-
lis fuit Licitionum inter Vindelicos populorum, ut initio
Licitionum Damascia nuncupata fuit. Verum, quod Zeille-
rus* refert, 12. circiter annis 2. mensibus et 24. diebus
quam exactus computus: ante Christi ortum illam occupaverunt
Romani, sed utaque in eam suorum Colonia ab Augusto Augustam
dixerunt, ac ut a pleribus aliis Urbibus, quae hoc etiam nomine
veniebant, distingueretur, illi Vindelicorum** nomen additum
fuit, quod ad hunc usque diem retinet. Tum 460. circiter annis
sub Romanorum et Gothorum potestate fuit. An. 491. At-
tila Hunnorum Rex illam penè exiit; postmodum res-
taurata^{est}, necnon Suevis et Alemannis pariter usque ad annum
496. vel 499. quo eos Clodoveus pape Tollivium devicit, atque
omnem eorum regionem sibi aperuit, in qua etiam Augusta fuit;
haec ergo sub potestate Francorum permansit, et Austriae Re-
gus subiecta fuit. Postquam autem Regnum Francorum
divinum est, Germaniaeque proprios Reges habere coepit et
Dominos, tum Augusta, quod aliqui contendunt, in Suevia Du-
cum potestatem venit, sub qua fuit usque ad tempora Con-
radii, à quo pecuniarum summa libertatem suam redemit:
Sunt tamen, qui volunt Civitatem hanc nunquam sub Sue-
via Ducum dominio fuisse, sed immediate sub Imperatoribus
Stetisse, necnon à paucis suis familiis gubernatam fuisse.

Augusta equidem nonnihil antiqui splendoris sui amississe vi-
detur, nec amplius tot molis frequens est ac olim fuit; attamen
adhuc pulcherrimis et amplissimis Germaniae Civitatibus an-
numbrari meretur. Enigmus Lyci rivus ab eo deductus illem
perfluit, cuius aqua limpidissima est et emolles. Plateae ejus
latae sunt et aequabiles, in iis offenduntur fontes praclaris aquis
Statuis ornati. Domos habet pulchras; ac inter publica edi-
ficia eminent Basilica civilis seu Castorium et Armenian-
tarium tormentis aliisque bellicis apparatus probe instructum.
Adest etiam palatium Episcopale, in quo ostenditur conclave
ibidem, in quo Augustana Confessio Imperatori Carolo V. an. 1530.
oblata fuit, ut et pergula, à qua populo in arcem palatii con-
gregato pralecta est, et à qua Lutherani communiter Con-
fessionis Augustanae Scitatores Pindor Angloburgis Confession-
is Verwandts: / meruerunt.

Augusta plura numerantur utriusque Sexus Monasteria, ut
Benedictinum apud SS. Udalricum et Afram initio à Canonis
inhabitatum, quibus à regulari tramite desipientibus Bu-
no Episcopus Religiosus Ordinis S. Benedicti anno circiter 1012.
sufficit. Dominicanorum. Canonicorum Regularium
ad S. Georgium; et aliud ad S. Crucem dictum, in quo jam
ab anno 1194. aervatur Sanctissimum Altaris miraculosum
ut vocatur, Sacramentum sub languinea carnis specie. Car-
melitarum Discalceatorum, Ordinis S. Francisci Recolletorum.

* Zeillerus (Martini) Styria
oriundus filius fratris Mari-
tini Zeilleri Philippi
Melauchtonis discipulum
Ulmae Ephorus fuit Gym-
nasii, Historiarum et
Philosophicarum libro-
rum Censor, ut et Inspec-
tor Scholae Germanicae.
vitam ponit an. 1661. sta-
tis suae anno 73. Scriptit
varia Itineraria, Topo-
graphias, aliaque cum
Historica tum Geogra-
phica Opera.

** Vindelici Illyrii populi,
qui iuxta Danubium ab
illius scaturigine Bassa-
viam usque Sebes has pro-
tedere, necnon in varias
nationes divisi fuere,
inter quas nunc abantur
Liciti, qui prope Lycum
fluvium habitabant.
Vindelici a Vindone et
Lycis fluvio nomen fuisse
inditum arbitramur.

Capucinorum, p. S. Catharinae Monialium Ordinis S. Dominici, Stalla seu ad Stellan Monialium S. Clarae. S. Stephani primum Monialium Ordinis S. Benedicti, postea in Collegium Nobilium Canoniarum ab ipso fundatore S. Udalrico verum. Uscelinorum. p. Frenita hic quoque habent celebre Collegium.

Præter Capitulum Cathedralis Augustae etiam numerantur quaedam Collegia Canoniarum secularium, ut S. Gertrudis, quod constituitur Praepositus et quatuor Canonici in ipsa Ecclesia Cathedrali. S. Mauritii, et S. Petri. Quæ olim adhuc Augustiæ fuerunt, utriusque Sexus Censura, quos tamen Lutheranus respiciendo respiciendo. Inter Civitatis hujus Ecclesias eminere videtur ea, quæ Benedictinorum est, hæcque Cathedralis magnitudine et elegantia superat. Lutherani quoque sua Tempora habent. Nec desunt Hierosolyma. Adest etiam publica Bibliotheca in quam Marci Velseri translata fuit: ex eâ prodit famosa Bentingeri Tabula, de qua alibi jam egimus, quæ etiam Tabula Augustana; Tabula Theodoriana, quod eruditi arbitrantur eam sub Imperatore Theodosio confectam fuisse; et Tabula militaris, quia sic militares et distantia in illa notantur, communiter vocatur.

Civitatis hujus eventa hæc sunt præcipua: Sub Imperatore Ottone Magno, qui ab an. 963. usque ad an. 973. quo 7. Maji à viris susceptus, Imperii Germanici rebus profuit, à Seditiosis discepta, igneque et ferro devastata fuit. An. 1026. Guelphus Bavarie Dux cum Brunone illius Episcopo bellum gerens illam occupavit ac munimentis nudavit. An. 1077. Rudolphus Sueria Dux in ea cum suis adherentibus conventum habuit adversus Imperatorem Henricum IV. unde et ipsa in bello, quod tantum est, variè fuit afflicta, et an. 1084. à Leopoldo Austriaco et Hermannus Sueria Dux occupata et expulsa fuit, necnon quatuor post annis Guelphus Bavarie Dux illam non modo invenit, sed et adibus murisque diutius solo aquavit. Sub Imperatore Lothario II. anno 1131. vel 1132. penè in flammis abiit; at mox restaurata est, ac sub ejus Successoribus Conradis III. et Frederici I. ævum floruit. An. 1368. sub Carolo IV. Imperatore Civitas adrem Magistratum, quem Nobiles seu Patritii componebant, tumultu Democraticam induerunt, quam idem Imperator confirmavit, post 130. annos sub Carolo V. Imperator abrogavit, Urbisque regimen Patritii seu Nobilibus pereditum an. 1548. eburnatum denuo restituit.

Anno 1523. Joannes Speiserus Theologie Doctor Lutheri dogmata in magna populi frequentia disseminare cepit, sed deinde ad fidem Catholicam conversum an. 1525. excepit Joannes Frischius Carmelitarum Prior et Lutheri amicus. An. 1530. Caroli Imperatoris V. jussu omnes Lutherani Augustam exiit, quos tamen anno sequenti redierunt, tandemque an. 1534. communi suorum Decreto Lutheranismus confirmatus Missæque celebrare in omnibus Ecclesiis inhibita fuit, tum Catholici collectis Ecclesiarum suarum thesauris et reliquiis Dilligam se contulerunt, quibus primum an. 1552. reddendi facultas data est. An. 1535. pestis Augustam invasit, qua 13000 incolarum perierunt. An. 1584. auctoribus Georgio

Angliis Superintendente et ceteris Praeconibus Lutheranis ingentes turbas excitaverunt Cives Lutherani occasione Calendarii auctoritate Gregorii XIII. Papae emendati, quod illud à Magistratu propositum suscipere renuerent, quae tamen interventu Ducis Wittenbergici et Urbis Ulmenis sopita fuerunt, novumque Papae Calendarium admissum, quod ab ipso Gregorianum dicitur.

Anno 1632. Cives Lutherani Regem Sueciae sacro cultu et applausu susceperunt, Catholici vero solum reprobant; at duobus post annis scilicet an. 1634. Dux Bavaria post longam obsidionem, in qua cives extrema fame pressi fuerunt adeo, ut ciborum loco rebus venerentur, à quibus alias natura abhorret, idam obtinuit, tandem anno 1635. Catholici demum in eam rediit. An. 1703.

14. Decembris post gravem quinque dierum obsidionem, ubi 30. tormentis maximis majoribus aeneis tormentis pulgata, ignisque globis incensa fuit, Electori Bavaria Maximiliano se dedere atque centum milia florenorum solvere debuit; nec tamen his praefinis locum fuit, cuiusmodi ingens pecuniarum vis demum imperata, tormenta universisque, qui in illius Armentario continebantur, bellicis apparatus, et quoque auferri poterant, Monachium et Ingolstadtum abducta, munitiones et muri diruti, nempe Aris, seu, ut vocant, Citadella, qua Cives in officio continerentur, constructioni datum initium. At ubi an. 1704.

13. Augusti Caesaris et eorum foederati Bavaros et Gallos prope Hochstadium fudissent; tum Bavari relicta Augusta fugam capesserunt, hincque Aris adificium mansit imperfectum.

Ex variis, quae Augusta habita sunt Imperii comitia, haec à nobis notari merentur: An. 1530. in quibus Carolo V. Imperatori oblatam fuit Confessio Augustana. An. 1548. ubi de libro Interim dicto actum est. An. 1555. ubi pax religiosa conclusa fuit et conventio Passaviensis confirmata. An. 1653.

31. Maji ubi Ferdinandus IV. Ferdinandi III. Imperatoris filius in Romanum Regem electus fuit. An. 1690. ubi 24. Jan. Josephus I. Leopoldi I. Imperatoris filius in Regem Romanum electus fuit, et 26. ejusdem mensis coronatus fuit.

Eodem quoque anno Eleonora Magdalena Theresia Leopoldi Imperatoris conjux etiam hic in Romanorum Imperatricem coronata fuit. Augusta etiam circa idem tempus celebre foedus inter principes Europae Principes ietum fuit adversus Ludovicum XIV. Galliae Regem, quippe cujus magnae potentiae ceteris praesertim vicinis suis terrorem iniebat. An.

1713. Magnus Imperii Conventus ob pestem Ratisbonae grassantem inde huc translatus fuit, ubi usque ad finem anni sequentis mansit.

Cives Augustani à Comitatu pro ceteris Germaniae Urbium molis celebrantur. Senus eleganti forma praeditus modesto inedito vestitus. Partim Lutherana et partim Catholica sacra sequuntur, ut et Senatus, quem 48. Patritii seu Nobiles constituunt, quorum 22. Protestantes sunt, et 23. Catholici. Illi amplior adhuc Senatus, iungitur prope ex 260. viris constans, qui partim Patritii et partim Plebeii sunt, et omni caret auctoritate, ac ides duntaxat

Cives Augustani à Comitatu pro ceteris Germaniae Urbium molis celebrantur. Senus eleganti forma praeditus modesto inedito vestitus. Partim Lutherana et partim Catholica sacra sequuntur, ut et Senatus, quem 48. Patritii seu Nobiles constituunt, quorum 22. Protestantes sunt, et 23. Catholici. Illi amplior adhuc Senatus, iungitur prope ex 260. viris constans, qui partim Patritii et partim Plebeii sunt, et omni caret auctoritate, ac ides duntaxat

Cives Augustani à Comitatu pro ceteris Germaniae Urbium molis celebrantur. Senus eleganti forma praeditus modesto inedito vestitus. Partim Lutherana et partim Catholica sacra sequuntur, ut et Senatus, quem 48. Patritii seu Nobiles constituunt, quorum 22. Protestantes sunt, et 23. Catholici. Illi amplior adhuc Senatus, iungitur prope ex 260. viris constans, qui partim Patritii et partim Plebeii sunt, et omni caret auctoritate, ac ides duntaxat

Cives Augustani à Comitatu pro ceteris Germaniae Urbium molis celebrantur. Senus eleganti forma praeditus modesto inedito vestitus. Partim Lutherana et partim Catholica sacra sequuntur, ut et Senatus, quem 48. Patritii seu Nobiles constituunt, quorum 22. Protestantes sunt, et 23. Catholici. Illi amplior adhuc Senatus, iungitur prope ex 260. viris constans, qui partim Patritii et partim Plebeii sunt, et omni caret auctoritate, ac ides duntaxat

* Liber Interim fuit promulgatus alicuius quorundam filii Christiana articulos complectens Augustae Vindelicorum an. 1548. ab Imperatore Carolo V. in Comitibus promulgatum, cui, ut Protestantes se submitterent, praecipiebat. Interim nuncupatum est, quia ad tempus duntaxat valere debebat, donec sibi licet Concilium generale Religionis discordia definitio- ne sua congressisset. Omnia fidei Catholicae dogmata comprehendebat, excepto, quod Protestantibus Ministeris Matrimonium, et laicis communionem sub utraque specie permitteret. Illud inrogavit Paulus, Papa III. plerique Protestantes, imò omnes proter quosdam Civitates Imperiales, quos Im-

8
peritorum, minus temerant, Senatus nomen gerit, ut nempe Civitas haec Reipublica in iudam
haud acceptarunt. Speciem exhibeat.

Augusta Vindaliorum artes mechanica ad summam perfectionem
ab Opificibus addita videntur. Auri et Argenti nempe Automati
fieri, nempe Elborarii Tomatoris apprimè celebrantur; priorum
artefacta auro et argenteo in omnes Europa provincias transferen-
tur ita, ut sic in illa Princeps sit, qui ea sibi ad unum non compa-
ret. Inter subtilia opera, quae ibidem conficiuntur, videntur
seri merentur exigua catenula, quibus pulvis constringuntur; hu-
juscemodi catenula longitudine sua manus latitudinem coquat adeo
subtilis tamen et levis, ut pulex saltando eandem seum trahat: ani-
mulum hoc una cum sua catenula pro 15. Crucigeris veniit.

Gospia tela hic conficitur longè lateque celebris: Item ca-
riorum textilem Bombycinorum ex Italia advectorum frequens
est commercium.

Per Sea portas in eam patet additus, cuius duo ampla jun-
quuntur Suburbia, S. Georgii unum alterum S. Jacobi, in
islo sita est Fuggeria plus quam 400. domibus constans ac
exiguae in iudam Urbis formam exhibens; nomen habet à
Fuggeriis fratribus, à quibus excitata fuit.

Nun Augusta olim Episcopis etiam quoad temporale subdita
fuerit nunc, et qua ratione ab eorum dominio se liberavit, varia
sunt eruditorum opiniones. Hodie adhuc Civitatis hujus regi-
men partitum esse videtur inter Episcopum, Senatum, et quosdam
Nobiles; memoria quoque proditum est Episcopum olim in He-
bras hujus Civitatis iudex habuisse jurisdictionem, quam an. 1272.
Magistratu cepit; hi postmodum Urbe ipsi sunt exisse, modo
milliari ab ea demorantur, illum quidem intrare permittuntur,
sed singulis, quibus in ea remorantur, horis florenum solvere tenen-
tur. Haec in laudem Augustanae Civitatis ejusque Incolarum
nuper ceinit Poeta quidam:

Augusta sunt haec omnia et inlyta,
Quaecumque reris; Tempa, Forum, Fora,
Tunas et Horti, Porticusque
Moenia, et Hospitia, et Taberna.
Augustior Reipublica nobilis
Virtute praestans et Sapientia:
Formis pletharum, virumque
nitibus ingenis abundans.

20 Dillinga | Dillingen | Urbs una cum Castello ad Danu-
bium posita milliari ad Luro Aquilonem à Lavinga, 3. ad
Septentrionem à Burgovia, et 6. ad Camum ab Augusta, sub
grad. long. 29. m. 10. lat. 48. m. 38. Ordinaria Episcoporum Au-
gustanorum Sedes. 9 Anno 1549. Otto Trauchsius | Zoriffob

9 Eam Hartmannus Episcopus Augustanus
Hartmanni Comitis
Dillingensis filius et
Stipis hujus ultimus
an. 1285. Episcopatus
his donavit una cum
omnibus fere pagis We-
saram usque.
Dapifer. | De Waldburgo Episcopus Augustanus in hac Urbe uni-
versitatem erexit, quae nunc admodum floret, atque an. 1739.
quibusdam novis Professoribus aucta fuit. An. 1649. Episco-
pus Augustanus in praesentia quorundam Principum fundamen-
talem Capminorum Cenobii lapidem posuit. Jesuita hic
magnificum habent Collegium. Ceterum in triginta an-
no una bello Urbs haec anno 1545. nota facta fuit.

Lib: / Supremum in Imperio et Lib: Belgio Veredariorum Magistrum ab an. 1723.

Comitatus Pappenheimensis: in Graffschafft Parganfrim: confinis est ad Orientem et Septentrionem Franconia, ad Occidentem Comitatus seu Principatus Cettingensi; et ad Austrum Ducatus Nollburgico. Hic notatur Pappenheimium Ubs exigua et Comitatus, cui nomen tribuit, Metropolis in Franconia confinis et tractu Hanenhamiensi: (Gannham:) ad ripam Alamanni, seu Almonis, item Altimola, et Altimonii: (Altmühl:) fluvii sita. An. 1633. Suesi illam obsederunt et brevi obtinuerunt, postquam presidarii se in Arcem receperunt, quam et post strenuam defensionem, obtento Discepi libero, eidem tradiderunt. Duobus post annis Casarci Suesos demum ea ea pepulerunt.

Ad Comites Pappenheimenses etiam pertinet Dominium Westingense situm trans Danubium et ad ejus dexteram ripam in Risa seu Rhoezia Trans-Danubiana, ubi occurrit Westinga: (Wostingon:) Ubs parva cum arce 3. miliaris ad Orientem a Dillinga et 2. ad Austrum a Werdia seu Donavestia.

Ad eos quoque pertinet Arx et Sitas Potensteinensis posita ad Fluvium: (Flor:) flumen Comitatum Rechenbergensem inter et Principatum Campidonensem, q. Comites Pappenheimenses sunt Hereditarii Imperii Germanici Marschalli, qua dignitas Seniori familiae semper competit.

Miliaris et dimidia à Pappenheimis in Saralefeldia: (Sara-nonfeld:) versus Cassorum occurrit Heidenheimium Ubs Marchioni Onoldino: (Marggrafon von Onolpfaß seu Onpfaß:) Subdita. Primitus fuit hic Monasterium Benedictinum à S. Wunibaldo S. Richardi Anglorum Regis filio, et S. Wilibaldi primi Aystettensis Episcopi necnon S. Walpurgis Virginis et Abbatissa fratre conditum an. ch. 750. in quo styffe primus Abbas fuit. Initio locus hic vastus omnino erat, necnon spinetis ac dumetis horridus, multoque labore fuit opus, ut aptus fieret, in quo Monasterium construere valeat. Acutis dein hinc ~~et~~ et illinc viris doctis et ad Infidelium conversionem apprime comparatis, in illo cum ipsi Monasticam vitam sub Regula S. Benedicti coepit agere vitam; cumque postmodum religionis et devotionis causa undique huc confluerent fideles, domosque sibi edificarent, tandem locus in urbem successit, quo ab Ethnicorum rebus ad fidem conversis nomine Fridonfrim, id est, Ethnicorum patria nuncupata est, quod vocabulum latine Heidenheimium redditum fuit.

Mortuo Wunibaldo S. Wilibaldo eius fratre sorore sua S. Walpurgam Monasterio, in quo et Moniales, separatim tamen à Monachis, erant, praefuit, cui ipsa 16. annorum spatio nempe usque ad obitum suum, qui an. 777. accidit, laudabiliter praefuit. Tum Geronus S. Wilibaldi in Episcopatu Aychstadiensi Successor, Monachis exturbatis Canonicos Regni seculares substituit. At Gebardus II. vigesimus secundus Aychstadiensis Episcopus an. 1125. electus annuente Summo Pontifice Eugenio III. ejectis secularibus Sacerdotibus Monachis demum tradidit incolendum, aut saltem prout quibusdam Scriptoribus placet: dum tradere pararet, morte, qua

q. verum ab an. 1692.
Principali Monasterio Campidonensi
abjecta fuit

an. 1148. evenit, preventus fuit: ejus Successor Burchardus Monachos
denique exturbavit, vel potius quidam colunt, piam predecessoris sui
intentionem Eugenique III. Papa jura contemnerens Canonicos
Sculares retinuit; sed ab Eugenio Papa ~~revertente~~ an. 1193. re-
auctorato, sub Conrado illius Successore Benedictini pulsus Saeculari-
dotibus secularibus reductifuit, quos tandem Saeculo XVI. Lu-
theranismus eiecit, Monasteriumque una cum suis praedictis Mar-
chionis onoldini sine adiecit.

§. II.

De Comitatu seu Principatu Oettingensi,
necnon
Urbibus et Monasteriis, quae in illius tractu
occurrunt.

Comitatus seu Principatus Oettingensis: In Graffschafft
des Fürstenthums Oetting: limites habet ad septentrionem
et orientem Franconiam; ad Meridiem Ducatum Neobur-
gicum, et ad Occidentem Ducatum Wirtembergicum. Ejus
longitudo est circiter 8. latitudo vero 4. miliarium, et ambitus
20. Inter Comites Oettingenses quoddam Alsatia Landgra-
fios fuisse memoria proditum est, quando autem hac digni-
tate fulserint, incertum. [¶] Bina sunt illorum pri-
maria familia Oettingensis nempe seu Principalis, et Wal-
lersteinensis Comitum Ducatus: haec iterum dividitur in
tres collaterales Stirpes Spilbergensem scilicet Wallersteinen-
sem propriam, et Baldersensem. Familia Principalis seu
Oettingensis septem totius Comitatus partes possidet, reli-
qua vero quinque Ducatus. [¶] Ubi an. 1431. ultimus
Oettingensis Princeps Albertus Ernestus II. à vivis excessit, ha-
rum ditiorum heredem testamentis reliquit Antonium Carolum
ex juniori Wallersteinensi Comitum Stirpe, quarum ipse sta-
tim possessionem apprehendit, sibi que à subditis fidei juramen-
tum seu, ut ajunt, homagium praestari curavit. Testamen-
tum hoc agere ferentes Franciscus Albertus Spilbergensis valuit
post demortuum Principem Senior familia, et Carolus Antonius
Wilhelmus Baldersensis Comites, idud vi factorum gentilitio-
rum an. 1422. inter predecessores suos electionum iuramentum fa-
cere conati sunt, causaque ad Imperatorem Carolum VI. Delata
haec in hereditatis suae possessione confirmatus est, Actores
autem ad petitorium remissi, quod forte adhuc prosequuntur.
Interim familia Spilbergensis an. 1734. ab eodem Imperatore
Principali dignitate aucta fuit. [¶] Notantur hic

1^o Oettinga seu Ottinga et Otinga: Oetting, Otingen, et
Oeting: Metropolis totius Comitatus, à qua et ipse nomen habet,
cum Urbe in confinis Franconia ad Verniam: Wronitz: in
flumen posita 2. miliaribus ad septentrionem à Nordlinga,
et 9. ad Austrum à Norimberga. In ea residere solet Prin-
ceps Oettingensis. Civis partim Catholica partim Lutherana
Secta colunt. Jesuita hic habent residentiam ab an. 1648.

2^o Spilberga: Spilberg: Castellum cum Dynastia in mon-
te positum 3. miliaribus ad Euro-Aquilone-Meridem ab Oettinga,
duobus ad Orientem à Frdinga inferiori, et uno ad
Septentrionem ab Heidenhemis. [¶] Olin Castellum hoc Dor-

mus natalis fuit Baranum Spilbergenium, sed an. 1493. ad familiam Oettingensem peruenit, penes quam haecenus permansit, cuius et nomen gerit. An. 1734. quod primum an- notarium, Comes Spilbergensis ab Imperatore Carolo VI. Romani Imperii Princeps declaratus fuit.

3^o Wallersteinium |: Wallroßstein, seu Waldroßstein, alias etiam, sed male, Wallenstein: | Urbs cum Castro et Dynastia inter Oettingam, Nördlingam et Boffingam urbes, ~~posita~~ ad Egram |: Egra: | fluvii ripam in eodem posita. Castrum Suevi an. 1648. ceciderunt, quod postmodum restauratum fuit. Ab hac urbe ramus Comitum Oettingensis prosapia nomen trahit, cuius Caput modo Princeps Oettingensis est.

4^o Baldernum |: Baldron seu Jofon = Baldron: | Castrum cum Dynastia Elwangam inter et Nördlingam miliaris quadrate à Saurigine Jacta |: Jagst seu Jufft: | fluvii positum. Ab eo tertia Oettingenium Comitum prosapia nomen habet. Ad eandem pertinet quoque Katzensteinium |: Katzenstein: | vetus Castrum Nördlingam inter et Dillin- gam in monte positum. An. 1737. vulgatum fuit in eo magnum recondi thesaurum, quem Lemures custodirent. Hinc acutus Capucinus quidam, qui inuitus hos custodes ca- pellat: post Surtinos huius boni viri labores et artis hae ca- perimenta, variisque sparsos rumores et fabulas, tandem incrementa Lemurum vestigia produsse, dicuntur.

5^o Boffinga |: Boffingam seu Boffdingam: | urbs libera Impe- rialis ad Egram |: Egra: | fluvium in solo fertili sita 2. milia- riis ad orientem à Nördlinga, et totidem ad Austrum à Din- kelbula. ovalem figuram refert, et undique montibus cingit- tur. Cives Lutheri dogmata sectantur.

6^o Nördlinga, Norlinga, et Nerolinga |: Nördlingam, Nör- lingam et Norolingam: | spectabilis, vetustissima et libera Imperii urbs sita ad Egram fluvium, qui illam magno lanifi- cum, Coriariorum, et Tinctorum commodo et utilitate perfluit, et fons in ~~improvisis~~ Regi Rhoetiensis centro, necnon in ferti- li et pasuis abundante solo $1\frac{1}{2}$ miliaria ad Austrum ab Oettinga, sub gradu long. 32. m. 30. lat. 48. m. 49.

Quidam illius nomen derivant à Tiberio Nerone, qui sub Im- peratore Augusto adversus Vindelicios Castra huc metatus, ~~est~~ fuisse, urbisque fundamenta 18. ante Christum annis pisse dicitur. At alii à ~~vicina~~ Nordgavia Nördlingam vocatam fuisse volunt. Alii iterum nomen illius deducunt à Nobili quadam Nördlingorum prosapia, qui in Nordgavia commorantes junctis habitacionibus huc urbem fecerunt. Sunt etiam qui putant illam Aras Glarias seu Glarianos di- tam fuisse ab Aris, quas ibidem Flavius Vespasianus circa an. Chr. 72. consecravit. Rotundam figuram exhibet, ejusque interior ambitus ad 3100. exterior vero ad 9395. passus porrigitur.

Antiquitas non eo, quo nunc est, loco stetit, sed partim in monte et partim in ejus clivo ad Egram fluvium usque protense sita erat: ubi autem an. 1238. una cum Ta- bularis huc, seu, ut vocant, Archivis tota exceptis destruxat 16. domibus incendio perisset, tum in valle, in qua modo est, reaedificata fuit.

Ex documentis fide dignis habetur urbem hanc saeculo IX. ad
 quamdam Nobilem Matronam, cui nomen Windpura erat
 pertinuisse, quam ipsa opitulante filio suo Sventopulco ab
 Arnulpho Imperatore obtinuit, ac postmodum pro Wambdinga
 cum Episcopo Ratisbonensi permutavit, sub cuius dominio
 aliquandiu stetit, donec tandem an. 1000. ab episcopo po-
 testate liberata immediata subiecta fuit Imperio,
 tum ei Imperatores Praefectos dederunt, quos deinde Im-
 perator Ludovicus Bavarus an. 1327. abstulit, ubique
 regimen soli illius Magistratui reliquit.

Excelsis moenibus validis turribus et propugnaculis ad-
 ritum antiquum comparatis instructa est. In huiuspro-
 nis Hispania bello aliquot munimentis aucta fuit,
 quo Conulorum Francionici et Svecici quodammodo propu-
 gnaculum esset adversus Gallos et Bavaeos.

Ad eam per quinque portas aditus patet. In illa quo-
 que videntur mensurae Ecclesia S. Mariae Magdalena,
 cuius formicem 22. columnae sustentant, et Ecclesia Geor-
 gii, cuius Campanile inter altissima totius Germaniae Cam-
 panilia reputatur, item Atramentarium, Basilica
 civilis, et Nosocomium, p. Olim in ea etiam fuit S. S.
 Minorum Recollectorum Conventus, quem Lutheranismus,
 qui jam an. 1520. à Civibus adoptatus fuit, abolevit, atque
 in horreum converti fecit.

Ut ut urbs haec Lutheri dog-
 mata admisit, Smalcaldico tamen Protestantium foederi
 manus dare renuit, unde postmodum cum ab episcopo, tum
 dein à Caesare, quod fidei formulare Interim dictum sus-
 cipere ~~renuit~~ detulit, multum vexata fuit. In 30.
 annorum bello etiam adversa quoque perpeffa est, cuius-
 rei non tantum plura sustinuit militum hyberna, sed et
 an. 1634. post gravem obsidionem, impetibusque in nu-
 ros hostibus septies repulsis, tandem se Ferdinando III. Ro-
 manorum Regi dedere coacta fuit, postquam nempe non
 procul ab ea Sveci eidem supplicias ferre volentes ab illo pe-
 nitus devicti fuerunt. Tanta autem fuit Regis huius in ipsam
 clementia, ut non modo liberam Imperii urbem deinceps esse
 permisit, sed et liberam religionis exercitium eidem reli-
 querit.

An. 1645. Galli, Bavaeos prope pagum Al-
 hemium | Alroffium | caesis, illam ad amplectendam neutra-
 litatem induxerunt, ac post illorum discessum Bavaeos
 eam occupaverunt. Anno sequenti Svecorum suscepit
 praesidium. An. 1647. Bavaeos inopinatè illam adorti
 sunt, et ignivomis globis, quos Bombos | Bomban. | vocant,
 incendunt, adeò, ut quarta et praecipua illius pars in vine-
 res redacta fuerit. Haec aliisque satis frequentia fata
 urbem hanc in deteriore conditionem, co-
 rumpit et pannorum, quod in ea florebat, commercio
 privaverunt.

70 Wambdinga, Wendinga | Wambdingen, Wambding,
 Wending, et Wendingen. | Urbs cum Castro milliario
 ad orientem à Nordlinga. Initio Oettingensium

Comitum fuit, qui illam cum suo Districtu an. 1467. Bavariae Duci Ludovico vendiderunt, à quo tempore penes Bavariae Duces permansit. Vetus ecclesia hinc fundum eam esse petierunt Ratisbonenses Episcopi, illamque pro tali semper agnoscerunt Bavariae Duces usque ad Ferdinandi Mariae obitum, qui evenit an. 1579. tum enim apud ejus haereditarios hujusmodi agendis defuit.

Urbs non admodum ampla est, sed tamen elegans, in cuius tractu optima sunt piscinae. Aliquot centenis ab ea passibus salubre occurrit Balneum, quod variis morbis medetur. An. 1703. sub veris initium urbem hanc occupaverunt Caesarei, balneumque istud penitus peremerunt; at ingruente hyeme, cum Bavari circa Donavestiam castra posuissent, illam denuo evanaverunt; tum an. 1704. 8. Jan. Galli eam possidendo munierunt, unde exursionibus suis et pecuniarum exactionibus Francones et Suevoes Cisalpinis admodum molesti fuerunt, ubi verò propè Scheibenbergam Godefridi feliciter pugnaverunt, tum Gallos, qui in hac urbe erant, animus defuit, salutemque in fuga quaesiverunt.

80. Deckingum: Dechingon seu Döfchingon: Oppidum seu urbs exigua necnon celebre et perantiquum Benedictinorum Conventum in extrema Rhoetia ora summo colle positum, à quo totius Comitatus Oettingensis regio videri potest, non procul ab antiquo Comitum Oettingensium Castro, jam aetate Julii Caesaris extincto, quod vulgò Hornburgum appellant, situm miliarium ad Austrum à Nordlinga.

De primâ illius fundatione nihil constat; At tamen jam ante Saulum XI. extitisse patet ex Diplomate S. Henrici Imperatoris Francofurti 8. Idus Octob. Indict. XV. an. Domini 1047. edito, in quo illius praedicti ab ipso ditati Advocatiam Episcopatus Bambergensi tradidit. Postea variis ingruentibus, quo Imperium turbaverunt, bellis, praesertim iis temporibus, ubi Sacerdotium inter et Imperium schisma fuit, Monasterium istud ad summam egestatem et omnimodam desolationem redactum est, in qua mansit usque ad tempora S. Othonis ex Comite Andecensi et Imperatoris Cancellaris Episcopi Bambergensis VIII. et Comenianorum Apostoli, qui illud restituit et quasi de novo fundavit ac dotavit.

Verum haec S. Othonis restauratio haud diu subsistit, statim enim periculossima adfuerunt tempora, quibus rapinis, depredationibus, terrarum depopulationibus, incendiis, bellis, latrocinis, p.p. omnia fieri inylata. In eam sortem luctuosam et hoc Conventum devenit, cujus proinde redditus adeo imminuti fuerunt, ut ex iis Monachi commode sustentari nequiverint; hinc illorum egestatem sublevaturi Episcopi quidam et Magnates, qui etiam illorum Monasterii status reformaretur, atque ibidem Des Studiosius describitur, Saulis XIII. et XIV. varia Barochiales ecclesiae eidem adjunctae, seu, ut ajunt, incorporatae fuerunt. An. 1512. in vigilia S. Apostolorum Simonis et Judae ex

incensam habitantium Monasterium itud totum incendio-
perit; et mox restauratum fuit, hodieque adhuc floret.

9^o Christigastense Monasterium palias Hortus Christi
nuncupatum [Christgastan:] Cartusianum, 2. miliaris
ad occidentem a Beckingo situm, quod Comites Sallingen-
ses circa an. Chr. 1347. fundarunt. Saluumque ac integrum
perstitit usque ad infamta illa mutata Religionis tempo-
ra; tum enim unus ex his Comitibus Lutheranismum am-
plexus illud Cartusianis proscriptis totum sui iuris fecit. Re
ad Imperatorem Spirensis Imperii Cameram an. 1599. per
Cartusianos delata, illius sententia et Decretis Comiti in-
iunctum fuit, ut his Monachis illud restitueret, at senten-
tia hac executioni haud mandari potuit. tandem an. 1650.
auctoritate Ferdinandi II. Imperatoris demum recuperatum
fuit: verum an. 1648. vi pacis Westphalicae Cartusiani
iterum exartificerunt, abrueruntque Coenobium Comiti seu
Principi Sallingensi traditum. Nunc penes subversum
negligitur.

10^o Neresheimium [Neresheim:] elegans ac percelebre
Benedictinorum Coenobium in Bavi Rhodensis tractu
quodam, quem ob soli admodum arenosi sterilita-
tem Iuri [Campi] [Santfeld:] appellatione notant,
prope eundem locum nominis Oppidum in peramoeno
colle tribus miliaris ad Asium a Nordlinga cis nemus,
Boravianum silicet situm. Eius primaria origo per
antiqua est, atque primitus fundatum dicitur an. Chr.
777. a Thapilone Rogorum Rege; cumque ab Hunnis
totam postea circumquaque regionem flamma ferro-
que plerumque terribiliter infestantibus penitus exi-
sum fuisset, anno 1095. de novo fundatum ac amplif-
sime dotatum legitur ab Hartmanno Dillingenti Co-
mite et uxore ipsius Adelheide Comitissa Kyburgensi, ac
citique duodecim ex Zurfaltensi Monasterio Monachi,
qui ibidem Deo inservirent, ac Monasticam disciplinam
instituerent.

Ceterum frequentibus incendiis non tam a casu fortuito
quam ab hostibus illatis Coenobium hoc gravissima pertulit
damna: nam quo tempore Gibellinorum et Guelforum
pestes exorta, longe lateque saevire, ferro, flamma, vasti-
tate undique grassari coeperunt, in pleisque Urbibus na-
ta inter Ecclesiasticos et Laicos dissensiones et turba, illis
Pontifici, his Imperatori adherentibus. Hinc accidit, ut
an. Chr. 1246. Conradus Caesar, qui per patris Frederici absen-
tiam Germania praeserat, ex odio in Hartmannum et Alber-
tum Dillinge Comites, qui in fide Pontificum permanerant,
Neresheimensem Ecclesiam, et anno sequenti, cum iterum ibidem
castra ponisset, adjacentia quoque luenderet. Denique ubi
idem Rex an. 1249. tertia vice Castra sua in Neresheimensi
territorio collocavit, tum Henricus Burgovia Marchis Castrum
et Ecclesiam luendit.

* Gibellini et Guelfi
sunt duarum famosa-
rum factionum nomina,
quarum in historia fe-
quens est memoria, et
qua per 200, et quod
exsuperat, annos, quibus
Summos Pontifices inter
et Imperatores Germa-
nos graves vigere discor-
dia, Italiam et Germa-
niam conturbavit.
Guelfi a Pontificum par-
tibus stabant, Gibellini
vero Imperatorum causam
tuabantur.

Bavaria
ria Bu-
restan-
ragno-
tum,
smoli
in un-
ab ea
his me-
impave-
derunt;
iam
an. 1704.
mbus
ris Co-
eber-
ni in
quasi
dum
tinorum
tum,
n post
ulic
stium
an jon
aria
mii
a Gps.
nen-
tem-
hit,
odam
Stem-
ella-
steli,
it.
t, ka-
quins,
his,
m cam
viele
umode
flava-
um Mo-
stius
aloria
t.
la ca

circa horum binorum nomi-
 num originem varia sunt Scip-
 tonum opiniones. Quidam v-
 lunt ea sub Frederico I. exor-
 ta fuisse, necnon in Germania
 provenisse. Alii eorum n-
 originem sub Frederico II.
 Statuunt, eaque a duobus ti-
 fratribus Germania orium-
 dis deducunt, quorum unus
 qualphus, qui pro Gorgo-
 rio Papa IX. fuit, alter
 Gibelus, qui a partibus
 Imperatoris stetit, voca-
 ti fieri. Iterum alii
 illa a duobus potentibus
 Germania familiis deri-
 vant, quae sub Henrico V.
 floruerunt, quarum una,
 i qua Henrici ortum du-
 xere, Wibelingensis; al-
 tera, i qua potentes Du-
 ces posside, quelfensis
Altorfiana nuncupata
 fuerunt. Itali quo-
 que nomina haec iusta
 linguam suam satis inop-
 te interpretantur, ajunt
 qua, quod quelfi velut
quadatori di fa id est,
fiduci custodes, quod lute-
 lia fidem tuerentur, gi-
bellini vero a quida belli-
quadatori di Bataglia, id
 est, Duce belli dicti fue-
 rint.
 At verisimilimum est
 quod aliis placet, scilicet,
 Papam Innocentium II.
 Conradum III. Imperatori,
 cui erat infensus, opposuit
 se Henricum cognomento
Leonem superbum
 Bavariae et Saxoniae Du-
 cem una cum fratre suo
Welfone, a quoque adver-
 sus ipsum instigasse, qui-
 bus se laicum dedit Roge-
 rius Siciliae Dominus, ut
 tantum eadem in germa-
 nia facerent negotiis
 quo impediretur, ut
 ne in Italiam veniret.

Cum itaque Imperii turbas et dispersiones tot undique foeda
 lamina patran, rapinas, incendia, cadibique funera fieri
 conspiceret Albertus Dillingo Comes, Coenobium Neresheimense
 contra frequentes hostium insultus valis et propugnaculis mun-
 dit an. Chr. 1250. Obiit ipse
 an. 1257. patre Hartmanno adhuc superstite, qui et anno sequen-
 ti 1258. vivere desuit, tumque Lubovicus Oettinge Comes Neres-
 heimium cum omnibus ad idem pertinentibus occupavit; atque
 hinc praedicti Comites etiam hujus loci Advocati evaserunt.
 Post non multos annos nempe 1261. ciriter idem Monaste-
 rium rursus flammis absumentum fuit, quod demum succidit an. 1389.
 Abbates quoque illius varia saepe fortuna nisi sunt
 diversa a vicinis populi, capti etiam semel ac iterum, et una
 cum conventu in exilium acti, dum eorum praedia et possess-
 ionez interim ferro igneque hostiliter vastarentur.
 ii. Giengen: Giengen seu Gogon: Bagi Rhodii Urbis vi-
 qua et Imperialis in tractu Heidenheimensi ad Brentium
 i. Brentz: fluvium, non procul a Dambio sita s. miliaris
 ad Afriam a Nordlinga, et 2. etiam ad Afriam a Nereshe-
 imis versus Ulmanam. Quidam arbitrantur eam esse Ho-
 lomai Rinsianam; volunt alii Romanos etiam ibidem
 habuisse munimentum, quod postea versum est in Ecclesiam
 in qua lapis adhuc conspicitur cum hac inscriptione: In H.
DD. Apollini Gyanno Bajenius Victor et Bajenius Victo-
rinis, fil. ejus ex jussu signum cum base. alique lapides cum
 figuris. In illius solo etiam vetera quaedam munimenta
 reperti dicuntur.
 Hujus Urbis jam an. 1250. fit mentio, et an. 1307. una
 cum aliis Imperii Civitatibus Alberto I. Imperatori foede-
 re juncta legitur. Carolus IV. autem an. 1354. eam Comi-
 tibus de Halffenstein in feudum hereditarium tradidit; ni-
 hilominus an. 1381. demum in Acheranarum et Suericarum
 Urbium foedere reperitur, et an. 1387. Henricus Impera-
 tor eam una cum aliis Urbibus immediate Imperio subjec-
 tam declaravit, unde verisimile est, quod permissis liberta-
 tem suam ab his Comitibus redemerit. Postmodum semper
 penes Imperium mansit. In 30. annorum bello post
 palium Nordlingense, ubi Suae cari fuerunt, Caesari Urbem
 hanc funditus caederunt. Cives omnes Confessionem Augus-
 tanam sequuntur.

sectio III.

De Elvae seu Principatu ac Dominio Elvaei,
 Comitatu Reichbergensi, et Urbibus Imperialibus in
 illorum tractibus, aut circa eodem occurrentibus.
 Tribus §§. Sectionem hanc absolvemus, in quorum
 primo de Elvaei Principatu ac Dominio agemus; in
 secundo Comitatum Reichbergensem, et quae ad illum
 pertinent expendemus; denique in tertio de Urbi-
 bus Imperialibus, quae in illorum districtibus aut circa
 eodem occurrunt, tractabimus.

§. I. 100
De Elvae seu Principatu et Dominio
Elvacensi.

Elvaum, seu Principatus et Dominium Elvacense aut etiam Elwangense situm habet in Pago seu Sylva Viva-
goundiensi seu Virgundensi: Viva = quondam seu Virungorundum
injus longitudo ad septem miliaria protenditur, videlicet
ab Hecce Balderna usque ad Arcem Thannenbergam, la-
titudinem autem à Civitate Dinkelsbula: Thannenberg:
usque ad Hostensem Silvam, Franconiam inter, et Ducat-
um Wurtembergicum necnon Comitatum Oettingensem.

Nomen habet ab urbe, quae exiis in hac Silva arbori-
bus excitata fuit, ibique an. 764. ab Haroldo Episcopo
Lingonensi in Campania gallica regione: Langres: et
Carolo M. charissimo ejusque Confessario excitatum Ordinis
S. Benedicti Monasterium transvectis in eundem corporibus
SS. Sulitii et Serviliani Martyrum, quod anno 1011. Hen-
ricus II. Imperator Principali dignitate auxit. In eo-
dem florere conyibus viri non solum omnimoda scriptura-
rum eruditione celeberrimi sed et vitae merito sanctissimi;
at tandem anno 1400. illius Abbas Joannes de Hinckheim
et Monachi regularis disciplina peritissimi abjectis cunctis
ad Statum saeculare defecerunt facti Canonici, in quos
propterea Tritheimius in suo Hirsangensi Chronico pro his
in Benedictinum Ordinem zelo divi invehitur, ubi eos per-
juros, mendaces, apostatas, perveros et impios Deumque ne-
gantes vocat.

Igitur eos, quo diximus, anno 1400. Cenobium istud pergrata le-
gatione canem Abbati et Monachis metamorphosi in Collegium
Canonicorum saeculare mutatum est, quod Praepositus S. R. I. Prin-
ceps et duodecim Canonici constitunt, inter quos pater Comes
aliosque Nobiles etiam Doctores numerantur, Praepositorum qua-
tuor, Vicarii Chori octodecim. Advocatus illius est Dux Wur-
tembergicus.

Hic notari duntaxat meretur Elvaum seu Elwanga: El-
wangon seu Elwangon: Urbis haud procul à Saturigine Cogni-
seu Cochari: Rors: fluminis, 4. miliaribus à Boffinga ad occiden-
tam sita in Virgundis seu Virgundo: Virungorundum seu Virungorundum:
Quidam nomen illius ab Elephante deducunt, unde et etiam
Elephantiaum seu Elephantiaum vocant, sed prope rem, cum
vero verisimilius ab Ala: Aland: que ibi capta fuisse dicitur,
quasi Elfang, numpata videtur; in cujus rei memoriam in
Sala Basilica festis solemnioribus pulpitem, in quo Evangelii
à Diacois decantandi liber reponitur, hinc à Ala posse regi
Solat. Canonici in illa magnificas habent aedes. Ei-
usmodi Castellum veteris antiquae constructionem in iuncto monte col-
locatum sedes Praepositi. E regione ibi alter mons conspic-
itur, cujus apicem occupat Ecclesia admodum speciosa necnon pre-
tiosis ornamentis instructa, ad quam frequentes fiunt peregrinationes.

Horum exercitus, Dux fuit Welfo,
Imperatoris vero copias profuit
Fredericus Suaeve Dux. pri-
mum prope Neveshemium
pugnatum fuit atque Welfo
exercitus, casus ita, ut
ipse cum paucis aegre evase-
rit. tum prope Wirsbergam
proelium demum intum,
ubi Welfo copiarum
supplendum fuit: Hic Welfo
vero: Hic Gibellinum: Gib-
ballingon: à Gibellin-
ga: Ginballingon: loco
non procul ab Ara Flohen-
berga: Gofambona: in Com-
podio: Lothfeld: Kito, in
quo ipse Fredericus post
nativitatem suam lacta-
tus fuerat. Cum autem
Itali, Galli, Longobardi
et Siciliani, qui adierant,
quid haec vocabula signifi-
carent, hinc cuperent,
ipsis dictum fuit, per
Welfos intelligi Ponti-
ficios, per Gibellinos vero
Caesares. Unde postea
Dux harum periculosarum
functionum, quo tunc tem-
poris sub Frederico II. Im-
peratore ingentis turbas
Tandem amplis huic et opulento, necnon tota Germania celebratissimo Genobio cladem et exitium attulit novum Lutheri Evangelium. Quinvero anno 1535. ab Ulrico Duce Wittenbergico vi occupatum fuit Monachis cum Abbate suo expulsis. Anno 1548. jussu Caroli V. suis legitimis possessoribus restitutum fuit, qui illud tamen usque ad an. 1560. tum enim 18. Augusti post mortem Abbatis Ludovici Valdever, Hirsangienis Monasterio, religiosis iniquis contumeliose profligatis, in ludum litterarium converso, violentia Principis Christophori Ducis Wittenbergici intruditur prius Lutheranus Abbas Henricus Weichersreutter jam prius Abbati Ludovico vehementer reclamanti sub an. 1558. in Adjutorem datus.

Ab anno 1560. igitur vetustissimum hoc simul et sanctissimum Hirsangia Monasterium continuo mansit ritibus Lutheranis additum usque ad an. 1630. quo Jemim à Ferdinando II. Imperatore fuit recuperatum et Ordini suo Monasterio restitutum: idem tamen an. 1648. pace Westphalica denuò perditum, ac insuper saevius proterito à milite gallo agrum Wittenbergensem terribiliter admodum devastante totum undique flammis succensum et una cum pulcherrima sua Ecclesia, cui secundum vastitatem, excepto solo primario Ulmensi Templo, tota Suevia parem non habuit, in miserissimos cineres abiit.

Celebris Joannes Trithemius, qui anno 1516. naturae solitum solvit, amplissimum duobus Tomis in folio hujus Hirsangienis Monasterii Chronicon, quod omnium fere manibus teritur, edidit.

45^o Alba Dominorum |: Grossen = Dill:| Olim potens et
 magnificentissimum Imperiale Monasterium Ordinis Cisterien-
 sis et Diocesis Spirensis, à Bertholdo Comite de Eberstein
 et Ita conjuge ipsius an. 1146. fundatum, cujus fun-
 dationis litteræ biennio post scilicet an. 1148. expeditæ
 fuerunt. Situm est in confiniis Marchionatus Baden-
 sis in Comitatu Ebertino duabus leuis Gallis ad Austrum
 ab Alba Dominorum |: Grossen = Alb:| Benedictinarum
 aeternis.

An. 1535. 28. octobris Ulricus Dux Wirtenbergicus ad
 hoc Monasterium misit viros armatos, qui illud omnino
 diriperunt. Abbas ipse Lucas Gostius prope Misingam captus,
 Stutgardiam ductus est, ibique carceri mancipatus, tum-
 que aliquandiu Monasterium Abbate caruit. Finito
 dein bello Schmalcaldico cultus religiosus in illud reductus
 fuit, ac Georgius Trippelmann cognomento Baifis
 Tubingensis in Abbatem electus fuit, qui an. 1555.
 constituto sibi à Duce Christophoro vidualitio cedere con-
 tus est, ac an. 1556. Philippus Degenus Uraensis
 primus hujus loci Abbas Lutheranus ab eodem Duce con-
 stitutus fuit, tumque omnis cultus religiosus in cele-
 bri olim Cenobio hoc desuit.

46^o Therma Gerina |: Wildbad:| Urbs exigua una
 cum Castello et fanois Thermis sita in confiniis Mar-
 chionatus Badensis ad Ruriam |: Rutz:| fluvium 2. mil-
 liariis ad Africum à Calva in profunda montibus præ-
 altis et silvis circumdata valle. ~~Thermae ferri-
 as Thermae silvestres Badis distat.~~

Thermae, quæ in ea sunt, inter totius Germaniae
 antiquissimas recensentur. Quidam memorant, eas,
 dum Marcus Aurelius Antoninus Bassianus alias Cara-
 calla dicitur Badenam Urbem seu Thermas inferiores
 in Marchionatu Badensi construeret, à suis militibus
 reventas fuisse.

Illarum nomen quidam inde derivant, quod Agri multo-
 ties prope eas substituerint, atque se volutaverint. Verisimi-
 lius tamen est, nomen hoc ipsis inditum fuisse ad distine-
 tionem aliarum Germaniae Thermarum, vel ab earum
 plagâ silvis et montibus horridâ, unde quidam volunt,
 eas potius dici debere Thermas Silvestres |: Waldbad:|
 quàm Gerinas.

Urbs hæc multoties incendiis sensit infortunium, ut
 an. 1454. an. 1509. festo Omnium SS. an. 1525. feria
 quinta post festum trium Regum. an. 1646. et deni-

quo an. 1742. 7. Julii, quo tota in flammis abiit. Sed
semper restaurata fuit, et quidem elegantius.

47^o Wila seu Vila Suevia |: Wwil, Wwil, Wwilroftatt,
Wwilroftatt: | Urbs libera Imperialis ad Wurmum |: Wuir-
m |: seu Wümb: | rivum. Sita 3. miliaris ad occidentem
à Stutgardia, et totidem ad orientem à Theonis feris,
in solo fertili et amoenissimo, ac in Diocesi Spirensi.

Moenibus fossis et turribus ad artem veterem compa-
ratis est instructa. Ab Imperatore Frederico II. Urbs
facta est, cum prius Villa esset, quod nomen retinuit
iuxta quod Germanice Wwil seu Wwil dicitur.

Non procul ab hac Urbe celebre commissum est proelium
Urbes Suevicas inter et Comitem Wirttembergensem Eber-
hardum, in quo illa victoriam reportavit.

Wila tota Catholica est. Equidem an. 1522. qui-
dam Theobaldus Bellicanus dogmata Romano-Catho-
lica publice adortus est, at mox Urbe ejectus Blum-
verre coactus est.

In ea insignis est Basilica
~~parochialis~~ à prima sua fundatione duodecim
Canonicorum secularium Collegio nobilitata, quorum
numerus succedentium temporum injuria imminutus adeo
defecit, ut modo non nisi loci Parochus et pauci aliquot
Beneficiati communi Parochiae Ministerio deputati su-
perint. Est etiam hic inelytium Bb. Eremitarum
ordinis S. Augustini Cenobium an. 1205. pro duodecim ejus-
dem Institutii Religionis ex S. B. Q. Wilensis exavis funda-
tum. Bb. Capuini Wila etiam habent hospitium
ab an. Chr. 1648. in eoque tanquam Missionarii existunt.

Anno 1648. pace Westphalica jam conclusa, sed nondum
promulgata Gallie Philippopoli, Wormatiâ, et Heil-
bronna inimpentes Wilam affulta ceperunt, eamque
caesis fere omnibus incolis, diruerunt et incenderunt.

Wila est patria famosi Joannis Brentii*.

* Brentius |: Joannes |
Wila an. 1499. 24.
Julii natus perhi-
betur. undecimo
aetatis suae anno Hei-
delbergam, inde
Vaingam Ducatus
Wirttembergii Wo-
bram in confinibus
Marchionatus Ba-
densis 2. leuis Galli-
cis à Phocens Dispi-
tam ad studia mis-
sus fuit. Inde an-

48^o Leuberga, Leonberga, seu Lesberga |: Leubro,
Lronbrog, Lawambrog et Löwambrog: | Urbs cum Arce
et Dynastia inter montes ad Glenisam |: Glamb: | rivum
in solo fertili posita miliaris ad orientem à Wila.

Cirum eam pulchra sunt vineata, agri optimi, vi-
veta et arborata. Anno 1348. terra motum susti-
nuit, qui Arce grave damnum intulit.

An. 1519. fo-
derati Suevia illam occupaverunt, anno 1525. Christo-
phorus Ulrici Druis filius illam inopinatio recuperavit,
at mox foederatis Senio cepit.

Ante 30. anno-
rum bellum Leuberga spectabilis fuit et coninnay

optimisq[ue] moenibus instructa, necnon cives habuit opulentos. In ea ante Lutheranismum floruit Monasterium Ordinis Minorum S. Francisci provincie Argentineris et Diocesis Spirensis jam p[ro]p[ri]e à Lutheranis eversum. In illud ejectis Monachis an. 1540. Bfuldingenses Ordinis S. Clare Moniales una cum Abbatisa sua à suo Bfuldingensi Coenobio jussu Ulrici Ducis seducta fuerunt, in quo p[ro]p[ri]e tribulationis via aegre sustentata permanserunt usque ad an. 1551. quò de re pluribus agimus supra, ubi de Bfuldinga nobis sermo fuit.

49. Ludoviciana seu Castellum Ludovici | Ludwigsburg seu Ludwigsburg | praetorium Ducum Wirstenbergensium palatium seu Dieta, 3. miliaribus ad septentrionem à Stutgardia ad lavam Niri posita. Initio non nisi angusta satis domus voluptaria fuit, quae tandem in amplum et magnificentum palatium excrevit, quod an. 1708. Eberhardus Ludovicus Dux excitavit, suoque nomine insignivit, necnon usque ad obitum suum in eo demoratus est. Eidem successivè sexcenta et amplius aedes, tamen plerumque lignae, adjunctae fuerunt, quibus idem Dux Urbis privilegia concessit.

50. Maulbrunnium, seu Maulbrunnense Monasterium | Maulbrunn | per celebre olim liberum Imperiale Monasterium Ordinis Cisterciensis situm in solo fertili prope fontes Salza | Salza | fluvii in confiniis Palatinatus Inferioris et Marchionatus Badensis 2. miliaribus versus Septentrionem à Choroens, annis 1138. 16. Mestii fundatum à Gunthero Comite Lyningensi et Episcopo Spirensi, necnon à Walthero de Lammersheim.

Floruit in eo vel maxime disciplina regularis usque ad Lutheranismi tempora: tum enim ab an. 1534. à Ducibus Ulrico et Christophoro ejus filio, sub titulo Advocatiae, per plures annos, Imperialis Camera Spirensis citationibus et M[on]achis nequicquam obstantibus, direcc[io]nibus et carcere manipati fuerunt Abbas et Monachi, donec an. 1548. Caroli V. Imperatoris auctoritate restituti fuerunt. At brevi post revocatis vexationes, et denique an. 1557. Joanne de Waibligen cognomento Senger Abbate. ~~1557~~ mortuo, auctoritate Christophori Ducis ibidem Abbas constituitur Lutheranus Joannes Epylinus; Monachisque depulsis omnis divinus cultus extinctus est usque ad an. 1630. quò auctoritate jam sepius laudati Ferdinandi II. Impera-

toris auctoritate sua 13. diei Heilbronnem reversus ibi duobus post annis Baccalaureus creatus est, et cum in studiis admodum proficeret, an. 1514. Magistri laurea donatus, brevi post Rector et in Collegium Canoniceum S. Spiritus cooptatus fuit. Latis dein Lutheri scriptis ad illius partes secessit, ac an. 1522. Halles Suerorum Praeco constitutus est. an. 1530. Augusta in Comitibus utriusque partis Theologorum colloquio interfuit. Inde reversus an. 1531. ungerem duxit. An. 1534. de consensu Senatus Halensis ab Ulrico Duce Wirstenbergico Turingiam accersitus una cum Camerario Tuschio, et aliis hujus Urbis Universitatem ad Lutheri dogmata adaptavit et instituit. An. 1540. colloquiis Hagenomsi, Wormatiensi, et Ratisbonensi interfuit. Orto bello Schmalkaldico ad magnas redactus est angustias, Casarci enim an. 1547. Habia occupata domum ipsius diriperunt, in qua epistolas quaedam hujus belli occasione ad alios scriptas invenerunt, easque Imperatori tradiderunt; hinc in exilium tuorum se proripuit, ubi tandem latuit, donec mutatis vestibus evadendi occursum Romena nactus est: tum Basileam se recepit; inde, relicta

à Casareis Hallâ, ille
 rediit: at cum an. 1548.
 adversus formulare
 Interim auctor de-
 tacharetur, Gran-
 reba Minister Cassa-
 reus Senatui Hallen-
 si iussu Imperatoris
 intimavit, ut Bron-
 tium vinetum Au-
 gustam deportari
 curaret, quod ut ipsi
 innotuit, Senus fu-
 gâ sibi consuluit, et
 ad Ulricum Ducem Wir-
 tembergicum se contu-
 lit, qui illum Horn-
 bergae Dynastam cons-
 tituit, ubi cunctis
 nomine Udalricus
Kungstar dicitur. Ducatum
Wirttembergicum et Principatum
Hirsten-
bergensem; ad Meridiem
Ortenaviam, et ad Oci-
dentem Rhenum.
 Nomem habet ab Urbe, que Germanice Baden di-
 citur, quam Latini Badenam vocant, cum potius
Thermas eam nuncupare deberent, id enim Deuto-
nicum Baden Latine sonat.
 Marchionatus iste bifariam dividitur scilicet
 in Superiorem seu Badens-Badensem, et Inferiorem
 seu Badens-Durlacensem, illiusque bina Stirpes
 possident, quarum una Catholica est, altera Lu-
therana. Illa Marchionatum Superiorem seu Ba-
dens-Badensem possidet; hæc vero Inferiorem seu
Badens-Durlacensem. Nō Totius hujus Marchiona-
tus longitudo est circiter octo miliarium, longi-
tudo autem quinque.
 Hujus Marchionatus mentio facta invenitur in
antequam ad hodie nos Marchiones pervenit, ac in
ter alia documenta in quodam Dagoberti Regis Di-
plomate Marchia ad Balneas vocatur. Videtur
exercitus fuisse ad frenandos Teutones et Alemannos
jugi Francorum impatientes, vel ad tutelam illorum,
qui Thermis utabantur. Quidam arbitrantur
Marchionatum hunc à Carolo M. fuisse institutum
seu potius restauratum. Verisimilius tamen est
Henricum Antapem eundem adversus Burgundiones
et Lotharingos de novo erexisse, quò tutius expeditio-

toris Monasterium hoc. Sauro Cisteriensi Ordini suo plena-
 rie restitutum fuit, quod tamen an. 1698. pace West-
 phalica Duci Wirttembergico in plenam possessionem
 Jenuis relicto fuit; qui illud in Ludum Literarium
 convertit, in quo plures Alumni sub Abbatis Lutherani
 et duorum Professorum inspectione erudiuntur postmo-
 dum ad Duale Tubingense Theologium Stipendium
 promovendi.

An. 1654. à die 10. usque ad 15. Aprilis hic institutum
 fuit Palatinos inter et Wirtbergenses Theologos de
 Cena Domini seu Sacra Eucharistia colloquium, cujus
 acta typis vulgata supersunt.

Sectio V.

De Marchionatu Badensi.

Marchionatus Badensis [sic] Marggraffschafft
 Baden:] limites habet ad Septentrionem Palatinatum
 Inferiorem et Episcopatum Spirensem; ad Orientem
 Ducatum Wirttembergicum et Principatum Hirsten-
 bergensem; ad Meridiem Ortenaviam, et ad Oci-
 dentem Rhenum.

Nomen habet ab Urbe, que Germanice Baden di-
 citur, quam Latini Badenam vocant, cum potius
 Thermas eam nuncupare deberent, id enim Deuto-
 nicum Baden Latine sonat.

Marchionatus iste bifariam dividitur scilicet
 in Superiorem seu Badens-Badensem, et Inferiorem
 seu Badens-Durlacensem, illiusque bina Stirpes
 possident, quarum una Catholica est, altera Lu-
 therana. Illa Marchionatum Superiorem seu Ba-
 dens-Badensem possidet; hæc vero Inferiorem seu
 Badens-Durlacensem. Nō Totius hujus Marchiona-
 tus longitudo est circiter octo miliarium, longi-
 tudo autem quinque.

Hujus Marchionatus mentio facta invenitur in
 antiquis documentis, in quodam Dagoberti Regis Di-
 plomate Marchia ad Balneas vocatur. Videtur
 exercitus fuisse ad frenandos Teutones et Alemannos
 jugi Francorum impatientes, vel ad tutelam illorum,
 qui Thermis utabantur. Quidam arbitrantur
 Marchionatum hunc à Carolo M. fuisse institutum
 seu potius restauratum. Verisimilius tamen est
 Henricum Antapem eundem adversus Burgundiones
 et Lotharingos de novo erexisse, quò tutius expeditio-

Nō Stirps Badens-
 Badensis extin-
 ta est in persona
 Principis Augusti
 qui obiit 21. Oct.
 1771.

tionem, quam adversus Hungaros moliebatur, exequi possit.

Ab illo tempore Marchionatus ista jam forte hereditaria fuit familia cujusdam postis; enimvero non solum aetate Ottonis Imperatoris in Equitiorum Catalogo scriptus invenitur quidam Comes Badensis, sed et memoria proditum est an. 1150. Marchionatum hunc per Juditham ad Hermannum I. Marchionem Hochbergensem jure hereditario pervenisse, qui propterea ~~primus~~ Marchio Badensis dicitur esse, Marchionatumque hunc ad suos posteros transmisit, qui per varia conjugia eidem multas adhuc addidit ditiones.

Quantum ad illorum originem verisimilior opinio est, illos eam ab Alsatia prosapia per Archinobaldum Rodovici II. Francorum Regis Majorum Domum traxisse.

Præter Marchionatum hunc amba Domus ista varias adhuc possessiones habent in Brisgoja et alibi. Enimvero Marchio Badeno-Badensis possidet potiores Comitatus Ebertini partem; in Brisgoja Ortenariam*, et Dynastiam Mahlbergensem; in Dorso Canino; ^{autem domum Grundboich;} partem Comitatus Spanheimensis, de quo egimus supra Cap. VIII. Rodemacriam, de qua differimus Cap. V. et ⁱⁿ Bohemia Schlawenwerdum et alias ditiones. p.

* post mortem Principis Augusti Ortenariam ad domum Austriacam, quam principes Badeno-Badenses tanquam subfeudum ab illa possident.

Marchio autem Badeno-Durlacensis in Brisgoja possidet Marchionatum Altomontanum seu Hochbergensem, Dynastias Badenwillerensem, et Roetelnensem, Landgraviatum Susenbergensem p.

Ceterum Marchiones Badenses absolute et illimitate in suos subditos potiuntur Dominio, usque quando et prout placet, vectigalia et tributa imponunt.

Regio hæc universim, et prout etiam sibi adjecta Dominia complectitur, quantum ad fecunditatem nulli Germanie provincia cedit; tanta præsertim est in ea optimi vini abundantia, ut quotannis magna illius copia in cæteras regiones transportetur. Silva et montes rei pecuariae magno sunt commoda, lignorum quoque divites sunt, ^{ita} et eniis permulta arbores, præcipue autem quercus in Hollandiam seu Belgium Godevatum devehantur; necnon feris quadrupedibus et pecuariis abundant. E Rheno præcipua colligitur, et aliorum metallorum vena interdum occurrunt; adsunt etiam præclara ferri fodina. Hæc universim de Marchionatu Badensi Superiori et Inferiori p. dicta sufficiant, modo singillatim, juxta partes suas et adjecta Dominia illum expendimus. Sequentibus Subsecutionibus et paragraphis expendimus.

Subsectio I.
De Marchionatu Badensi Superiore

~~Superioris Badensis seu Badensis~~
~~Superioris Badensis seu Badensis~~
~~Superioris Badensis seu Badensis~~
Badensis seu
Badens-Badensi
eidemque ~~in~~ ad-
dictis locis.

Quatuor §§. hic nobis agendum, in primo de Marchio-
nato Badensi Superiori seu Badens-Badensi; in
secundo de Ostroavia, in tertio Comitatu Eber-
tino, in tertio de Ostroavia, et in quarto de Dy-
nastia Mahlbergensi tractabimus.

S. I. ^{Superioris}
De Marchionatu ^{Superioris} Badensi
seu
Badens-Badensi.

Marchionatus Superioris Badensis
De Marchionatu Superiori Badensi
seu
Badens-Badensi proprio.

Marchionatus Superior Badensis seu Badens Ba-
densis proprius: hic nuncupatur Oberr seu Baden-
brunn Badense Marggraviat^{us} & terminatur
ad orientem Comitatu Ebertino; ad austrum Or-
tenavia, ad occidentem Rheno, ultra quem Bein-
heimensis Dynastia jacet; et ad Septentrionem
Marchionatu Badensi Inferiore seu Dulacensi. In
eo notari meretur

jo. Badena | Baden: totius Marchionatus Metropolis,
qua et ipsi nomen tribuit. Sita est milliari à Rheno ver-
sus Orientem, et 6. ad Septentrionem ab Argentina, sub gr.
22. m. 45. long. et 48. m. 52. lat. in plaga montosa qui-
dem sed jucunda et pulcherrimis vineis ornata.

Veteres eam Thermas Inferiores nuncupaverunt ad
distinctionem aliis ejusdem nominis in Helvetia Urbis,
quam Thermas Superiores vocarere. Si unum
Castellum in monte positum antehac Marchionum Sedes.
Nunc à natu minore Principe Augusto inolitum.

Urbis hae nota est à Thermis suis, unde etiam à Inobe-
cim fontibus, e quibus candentes aquae salubres Sulphure,
Sala et alumine impregnata profiliunt, germanium

nomem suum habet. Jam Romanorum aetate celebris fuit; minime non solum in Diplomate Dagoberti Regis legitur illam, aut saltem illius Thermas ab Imperatoribus Habriano et Antonino fuisse constructas, sed et vetus superesse dicitur Inscripctio, qua Antonini Caracalla meminit. Attamen contendunt aliqui Aurelium Imperatorem An. Chr. 226. Thermas has invenisse, et hac occasione simul Urbis aedificatio- ni dedisse initium, qua de re etiam varia ostenduntur Inscriptions.

Anno 1330. Urbis haec ab Episcopo et Civibus Argentoraten- sibus frustra fuit obfessa. An. 1688. Galli eam incende- runt et totam in cineres redegerunt.

Illius Ecclesia Parochialis, quae ante annos aliquot restaurata speciosiusque ornata fuit Altaribus, simul Col- legiata est, habetque Praepositum, Decanum, Custodem, Parochum et Cantorem et quatuor Sacerdotes.

In ea etiam est amplissimum Societatis Jesu Collegium à Principe Wilhelmo, qui an. 1673. 12. Maji mortalitatem exiit, à fundamentis erectum; cum jam antea illius adhuc Minorennis Tutor Wilhelmus V. Bavariae Dux, qui an. 1674. vitam posuit, primos memorata Societatis Alumnos in Marchionatum Badensem invexisset.

Adest etiam venerabile Bartholinum Canoniarum Regu- larium Ordinis S. Augustini S. Sepulchri, quod an. 1668. cir- citim aedificatum ex insulae parisi Instituti Domicilio Lesion- si Sanimonialibus Maria Francisca nata Comitissa de Fürstenberg Leopoldi Wilhelmi I. Marchionis Badensis conjux altera propriis sumptibus fundavit.

Extra muros Ob. Capuini Conventum habent, cujus pri- mum lapidem ponit 28. Maji an. 1631. Princeps Wilhelmus, cum post insignem victoriam pridie Nonas Maji an. 1622. de Georgio Fridenro Marchione Durlacensi Lutheranis glorio- se reportatam animo decessisset in sua Badensi regione, à qua tristis haecenus exul fuerat, venerandis his Patribus Do- micilium aliquod concedere.

Mille circiter passibus à Badena estat celebra Santi- monialium Ordinis Cisterciensis Monasterium Lüida vallis |: Lirefontfal:| dicitur ab Jomengarda Comitissa Palatina Aleni, et Marchionis Hermannii Senioris vidua fundatum; cujus filia prima fuit in eo Abbatisa. Antehac in hujus Coenobii Ecclesia Principes Badenses sepulturam habere, qua modo in Collegiatam et Parochialem Badensem Ecclesiam translata est.

2^o Steinbachium |: Orinbarf:| Urbis angusta et vilis Semi- miliari ad austrum à Badena distans. Nomen tribuit Dynas- tia. Qui jocos et ironias Selectantur de illa dicere solent,

Maria

Maria

Maria

Maria

Maria

Satharam, ubi Christo Domino omnia mundi regna obtulit, sibi unicum reservasse Steinbachium.

3^o Schwartzachium |: Tcheratzach:| Oppidum et celebre opulentumque. Odinis S. Benedicti Monasterium, à Ludovico Pio et sequentibus Imperatoribus plurimum dotatum et variis immunitatibus auctum, non procul à Lichtenavia positum 4 miliaribus ad Septentrionem ab Argentina.

Illud an. 724. a Luthardo Arnolpho Alsatia seu Suevia Comite et Dominsinda eius conjuge ad Sinistram Rheni ripam conditum et à fundamentis extortum fuisse dicitur, nec non Augia Arnolphi seu Arnolpheshova |: Arnolphbaro:| nuncupatum. At cum postmodum incendio devastatum fuisset, circa an. 826. sub Ludovico Pio Imperatore Wido Sivo Guido illius Abbas de consensu Bertholdi Bræmbis Argentinensis illud ⁱⁿ Rhenum aditum, in quo nunc est, locum transtulit, ut, quod quidam memorant, in Germania et terrâ Saliâ esset; demumque à nigro Monachorum illius habitum Schwartzach appellatum est, quod nomen ad hanc usque diem retinuit, Latiniq[ue] Schwartzachium dixerunt.

Eidem brevi post adjuncta fuerunt aedes, quæ tandem in satis amplum excreverunt Oppidum, cujus Iominium partim Marchio Badensis partim Abbas habent.

Monasterium istud feudum est Episcopi Spirensis; illius verò Advocatiam idem Princeps Badensis gerit, cujus occasione graves inter utrumque Cites vigent, quæ Wezlarium ad Cameram Imperialem delata ibidem hactenus indecise permanserunt.

4^o Stolkofa, Stolkoffa, et Stolkoffs. |: Stolkoffen:| Urbs angusta et olim præstans propugnaculum ad Denteram Rheni in via regia non procul ab Aric et Urbe Ludoviciana 4. miliaribus ad Septentrionem ab Argentorato sita. Eam titulus mentionis Rudolphus III. Marchio Badensis, qui an. 1332. à vi-viscepit, sibi offeruit.

Stolkofa tam in 30. annorum bello quam sequentibus Gallicis multo exanthavit calamitates, ut quam hostes et amici vicissim occupaverunt. Speciatim autem an. 1699. à Gallicis inopinato in Germaniam irrudentibus penitus devastata et in cineres redacta fuit. In Hispanica Successionis bello Germani ab hac Urbe versus Orientem usque ad Silvam Herciniam, et versus Septentrionem iunctâ Rhenum Philippopolim usque validissimum duxerunt vallum, quo Wirtembergia, Badensis et Suevica regiones protegerentur. Illud an. 1707. Galli superarent, necnon Wirtembergensem aliasque Suevicas regiones terrore magno implentes eisdem ingentem pecuniarum vim imperarunt.

5^o Beinhannium |: Brinheim:| Urbs exigua in Alsatia inferiori ad ostium Sura |: Tur:| fluvii ubi Rheno immergi-

tur, posita è regione Rastadii nec procul ab Arca Ludovicica.
olim ad Dominos de Fleckenstein pertinet, quam Mar-
chiones Badenses occasione clarigationis ejusdem illis erigere
runt;

6^o Rastadium | Rastadt: | Urbs cum Castro seu Palatio
et Dynastia ad Murgam | Murg: | fluvium, qui non procul
hinc Rheno miscetur, sita 2. miliaribus ad Septentrionem
à Badena, et totidem ad Austrum à Carlsruha.

Antehac nominis Oppidum erat, quod Galli an. 1689. incendere
runt ac in cineres redegerunt, cuius loco deinde Princeps
Badensis Ludovicus novam Urbem excitavit, quam Rasta-
dium | Rastadt: | quod Lousquatis verti potest, nuncupa-
vit; inaeque Sclerem fixit.

Urbs haec non equidem magna est, sed tamen ad regu-
lam comparata, sita est in pulchra planitie, quae Cam-
pus Rastadiensis vocatur, necnon ad aliquot miliaria por-
rigitur, in quo Galli in Successionis Hispanica bello aliquo-
ties castra metati sunt.

Castellum seu Palatium, quod ibidem à fundamento excitavit
idem Princeps Ludovicus, in quo et an. 1707. vitam ponit, adeo
pretiosum solidum et elegans est, ut in tota Germania
ei simile vis inveniat.

In hac Urbe. an. 1713. 26. Novembris de pace Carolus VI. Impa-
ratorem inter et Ludovicum XIV. Francisci Regem Eugenius
Sabaudia Princeps et Dux Villaricus tractare coeperunt,
ac illius preliminares articuli 7. martii inter tertiam et
quartam horam matutinam an. 1714. ab ipsi subscripti fue-
runt, quae postmodum Badena seu in Thernis Superioribus
Helvetia Urbe penitus conclusa fuit. Ceterum Urbs
haec à magna vini mensura, quae ibidem est in usum, sti-
annuum celebratur.

7^o Etlinga | Etlingan, seu Ötlingon: | Urbs exigua
una cum Dynastia ad Albam | Alb: | fluvium sita 2. milia-
ribus ad Euro-Aquilonem à Rastadio. Eam Trojanus qui-
dam Phocys nomine die ante Christi ortum excitasse
necnon Dosidonopolim vocasse dicitur. Primum
forte nominis pagus fuit, postmodum Urbs facta est, quam

Imperator Fredericus II. prius Imperio immediate subjec-
tam Marchionibus Badensibus tradidisse dicitur ab ali-
quis. Alii vero ajunt, illam olim Monasterio Kippen-
burgensi paruisse, quam Conradus Comes Palatinus ab eo-
dem Monasterio, cuius Advocatus erat, in feudum obtinuit,
ac postmodum neptis illius Agnes Hermannus IV. Pice Marchio-
ni Badensi in dotem attulerit.

In Hispanica Successionis bello Germani amisso Stolhofensi
vallo, hic novam excitaverunt, ac Mühlbergam usque et ul-

Handwritten notes in the left margin, partially cut off.

tra protulerunt, quod Etlingense vocatum fuit. Illud eti-
am Galis cepit.

Etlinga Principes Badenses proclaram habent palatium
ordinaria viduarum Principum sedes. Batses quoque So-
cietatis Jesu huc habent Collegium, quod tertia probationis
domus est, à Principe Wilhelmo Supra in Descriptione Colle-
gii Badensis laudato fundatum.

*Jemius | Franciscus |
alias Germanice Friv-
lib, Dicit Bas amor
Seu Amator, quod no-
men justa illius cata-
tis eruditorum Luthera-
ranorum morem, in
Graecum transtulit.
Duo anno natus sit, ad-
modum est incertum,
videtur tamen, quod
circa an. 1495. lucem
hanc aspexit.
Exactis in patria et Pho-
cens humanioribus lit-
teris Heidelbergae et
Tubingae Melantheo-
nem audivit; prae-
cipue historiam coluit,
tamen ad Theologia stu-
dium mentem advo-
vit. Doctam amicitia-
am cum Doublino,
Birckheimero, Theo-
dorio Gresenmundo,
et gentili suo Caspa-
ro Hedione fovit.
vixit sub Imperatore
Maximiliano I. P.
Scripsit inter alia duo
decim libris Euzegem
Germaniae subditis
notam.

Etlinga est patria celeberrimi Francisci Jemii*.

S. II.

De Comitatu Ebertino.

Comitatus Ebertinus | Dir graffschafft Eberstein | Situs est
inter Ducatum Wirtembergensem, Ortenaviam, et
Marchionatum Badensam. Ejus longitudo est 6. mil-
liarorum, latitudo trium.

Nomen habet ab antiquissimo in rupe Lemmilianà
Gerspachio posito Castro, quod an. 1250. seu 57. Eberhar-
dus Comes Wirtembergicus Augustanorum ope caecidit.
Illud olim adversus Imperatorem Ottonem M. tri-
um annorum obsidionem sustinuisse dicitur.

Comitatus iste ~~fructu~~ fructu episcopii Spirensis, proprio-
rum Comites habuit. ~~proprietate~~ proprietate tribus. Modo prae-
ter Marchionem Badensem in eo possessiones habent Dux Wirtem-
bergicus, Episcopus Spirensis, Comites de Wolkenstein, et
de Gronsfeld. In eo notatur

1. Gerspachium, Gersbachium | Grossauf, Grobbauf,
et Gronsbach | urbs caigua in valle Murgensi, ad Murgam
| Murg | fluvium in confinis Ducatus Wirtembergii lita-
milliari cum dimidio ad Euronotum à Badena. In
prae-teritis bellis multa mala perpessa est. Cives partim Ca-
tholici partim Lutherani sunt.

2. Alba Dominarum | Joanon Alb | celebre Nobili-
tium Virginum Ordinis S. Benedicti Conobium Diocesis Spi-
rensis ad Albam | Alb | flumen, à quo nomen sortitur, in
confinis Wirtembergensibus, 3. milliariis ad Orientem à
Kastario positum, et à Bertholdo Comite Ebertino an. 1134.
fundatum.

Anno 1508. in festo Purificationis B. V. Mariae calamitate in-
cendio perfundatum est, restauratumque Rustici Anabap-
tista an. 1525. diruerunt. Sub finem saeculi XVI.
Marchio Badensis Lutheranus illud occupavit, at an. 1624.
illud restituere coactus est. Ab illo tempore ad hanc usque
diem optime floruit. Eodem satis pingues sunt redditus,
novemque vicis imperat. Illius advocatiam gerit Mar-
chis Badensis. Post hujus saeculi initium, Jovis
veteri, quod ruinam minitabatur, Monasterio, novum

una cum Ecclesia à fundamentis magnifice fuit exuta-
tum.

S. III.
De Ortenavia.

Ortenavia [i. d. Ortenau:] Satis parva regio, cujus
ambitus ultra 4. miliaria non porrigitur. Sita est in-
ter Brisgiam, Marchionatum Badensem, Comitatum
Eberstadium, et Principatum Surostenbergium, Rhenusque
eam ab Alsatia separat. Communiter Brisgoja adicitur.
Quia Kintzicha [i. d. Kintzing:] amnis, qui in Silva Herinia
non procul ab Aljissbachio prope vicum Loffburg ori-
tur, è Principatu Surostenbergico decurrens illam per-
fluit, hinc etiam vallis Kintzichana nomen obtinuit.

Olim Mostenavia ~~probat~~ à voce Germanica Morda-
navi, velut Aspasiuorum Angia dicta fuisse dicitur,
quod, cum Ferris abundaret Silvis, in ea à latronibus
multa caedes et Aspasia perpetrata fuerint.

In ea sunt Urbes Imperiales et Immediate, Offonis-
burgum, Gengenbaurum, et Cella ad Hammerspachium.
Item aliquot Monasteria, Gengenbaurense, quod Impe-
riale est, Schutteraumur, ambo Ordinis S. Benedicti, et
Omnium Sanctorum Ordinis Premonstratensis. Princeps
Badensis hic quatuor Praefecturas tanquam Dominus Austria-
ca Subfeudum masculinum possidet scilicet Ortenbaur-
sem, Griesstensem, Apsvirensensem, et Heherensem,
que potiores regionis hujus partem efficiunt. Episco-
pus Argentinenis, in ea Dynastiam Oberkintzhensem
et denique Princeps Hereditarius Hesse-Darmstadensis,
tanquam Heres Comitis ^{no} Haviensis Urbem Lichtenavianam
aliasque ditiones quorundam, tenent. * Hic notatur

1. Lichtenavia [i. d. Lichtenau:] Urbis exigua caput Dynas-
tia, qua etiam trans Rhenum protenditur, portio Comita-
tus Hanovio-Lichtenbergensis. Sita est in confinis Ba-
densibus 3. miliaris ad Septentrionem ab Argentina,
et 2. ad Afrum à Badenâ. Olim munita erat, ei-
que iungebatur Castrum itidem munitum. An.
1632. à Casareis occupata, direpta et incensa fuit. An.
1637. Galli eâ potiti sunt. An. 1645. iterum Casareis pa-
ruit. An. 1689. Galli subiecto igne illam in cineres
redegerunt.

2. Koolamum [i. d. Kobl:] Munimentum prope ejusdem
nominis vicum, 2. miliaris ad Occidentem ob Offonisbur-
go, et una lenca Gallia ad Orientem ab Argentina ad Rheni-
nam situm. Insula instar intar aquas jacet, et ex una

* An. 1771. Augusto
Principe Badensi
devotus Orte-
navia ad Domum
austriacam rediit.

parte Kintzichâ et Schutterâ, ex altera vero Rheno cingitur. Quodam exhibet duobus cornutis operibus instructum, majori uno altero minori, prius urbem exibat, in eoque bina domorum series sunt, quas cives habitant, et lata platea ab invicem separat.

Anno 1678. 27. Julii Galli post trium dierum obidionem munimentum hoc obtinuerunt, incensumque et solo aquatum deseruerunt. Postquam Rex Galliarum an. 1681. Argentina potitus est, tum Koelannum restauravit, ac denique munivit, posito i. octobris 1683. ad illius munimenta lapide primo. Postmodum an. 1697. vi. pacis Rivicensis denique ad Imperium rediit, et Ludovico Principi Badensi in compensationem damni, quod in bello passus fuerat, Imperator Leopoldus I. consentientibus Imperii Statibus, illius dominium tradidit, jura praesidii penes Imperium retento. In Hispanico Insularis, quod brevi post pacem Rivicensem exortum est, Galli sub Duce Villarsis an. 1702. post aliquot dierum obidionem propugnaculum hoc obtinuerunt, quod an. 1714. post pacem Rastadio-Badensem Imperio reddiderunt. At ubi an. 1733. 11. octobris Rex Galliarum Imperatori Carolo VI. sub pretextu, quod una cum Russorum Imperatrice obfisset, ne Sacer ejus Stanislaus Leskinski Polonici Regni coronam adiret, seu potius adeptam servaret, bellum indixit, 13. ejusdem mensis copia ipsius sub Duce de Berwick Koelannum denique obsederunt, et post aliquot hebdomades obtinuerunt, at an. 1737. post pacem Vienneensem 18. februarii Imperio restituerunt. Tum munimentum hoc negligi coepit, et postquam Rhenus aliquot illius propugnacula seum Hollandiam versus abduxisset, oppleta fossa omni praesidio nudatum est.

3^o Oboskirchium. [Oboskirch] Urbs exigua cum ampla Dynastia, in qua Nopinavia [Nopinau] urbeula etiam comprehenditur. Jure est Episcopi Argentiniensis, et ad Circulum Rhenanum Superiorem pertinet. Sita est 4. miliaribus à Koelano versus Silvam Herculianam. Recentiores illam Latine seu potius Graece Hypergraciam aut Ypergraciam vocant.

Anno 1428. Civitati Argentiniensi parvata, quam Episcopus Argentiniensis simultates gerens cives fame, urbe circumclusa, maceravit, qui post seu mensium obidionem se dediderunt. Tum penes Episcopum mansit

q. bado,

usque ad an. 1592. quo à Joachimo Marchione Brandenbur-
 gico, quem Lutherani Cathedralis Ecclesiae Argentinen-
 sis Canonici adversus Cardinalem Grolum à Lotharingia
 in Episcopum seu Administratorem elegerant, Duci
 Wirtembergio una cum tota illius Praefectura seu
 Dynastia oppignorata fuit. At ubi post pugnam Nord-
 lingenensem an. 1634. Dux Wirtembergicus penè toto suo
 Ducatu exutus est, tunc etiam Urbs haec cum tota ha-
 ditione ad Episcopum Argentinensem rediit. Ignotum
 est an ab alio Episcopo iterum eidem Duci oppignorata
 fuerit, an vero in pace Westphalica illam ipse velut
 pignus legitimum Jenuis ~~restituit~~ sibi asseruerit; id equi-
 dem certum, à Francisco Egone de Fürstenberg Episcopo
 Argentinen- si an. 1664. Jenuis redemptam fuisse.

An. 1644. Galli Urbem hanc diruperunt. An. 1675. et
 1688. idem Galli ea Jenuis potiti sunt, civisque inela-
 menter admodum habuerunt. An. 1689. Bavaris ces-
 sit, et cum brevi post Galli eam adorti essent, repul-
 si fuere desideratis suorum trecentis.

Barachiam huc administrant Religiosi Monasterii
 Omnium Sanctorum, qui ibidem spem quandam Prae-
 positurae habent; in qua Monasterii Cellararius, Baro-
 chus et quidam alii Religiosi demorantur, Abbasque
 plerumque residet. B. Capucini etiam extra muros
 habent Conventum.

4.º Nopinavia seu Nopinavium et Opinavium
 [Noponavi vel Opponavi:] Urbs sive Oppidum Jus-
 bus miliaribus ab Euronotum ab Oberkirchio in Her-
 cinia Silva positum. In eo B. Capucini habent Hospi-
 tium an. 1668. fundatum.

5.º Monasterium Omnium Sanctorum [Iller-
 ziligon:] in ~~interioribus montibus~~ ~~interioribus montibus~~ ~~interioribus montibus~~ ~~interioribus montibus~~ ~~interioribus montibus~~
 Orientem versus in ~~interioribus montibus~~ ~~interioribus montibus~~ ~~interioribus montibus~~ ~~interioribus montibus~~ ~~interioribus montibus~~
 sit celebre Conobium in Hercynia Silva loco angustissi-
 mo undique praecaltis montibus circumdato situm tribus
 leuis galliis ad orientem ab Oberkirchio, ab Uta vidua
 Ducis Welfonis de Schaunburg nata Comitissa de Eber-
 stein an. 1192. fundatum, cujus primus Praepositus fuit
 an. 1198. Gerundus dicta Uta filius unigenitus, qui et
 eidem 19. annis praefuit. Postmodum etiam in partem
 fundationis venerunt Conradus ex Baronibus de Humme-
 burg in Alratia Episcopus Argentinen- sis hujus nominis II.

et successione ordine LVIII. necnon Bertholdus Dux de Zäringen, qui subsidia et opes ad illius promovendum edificium contulerunt.

Primitis pro quinque duntaxat Religiosis fundatum fuit; successu tamen temporis presidentium assiduo perspicuis Oeconomia Studii et labore modici proventus ita fuerunt aucti, ut triginta Religiosis honeste sustentandis omnino sufficiant.

Prædictus Gerardus successores præpositos habuit triginta duos, post quos Abbatibus titulo omnium primus fuit insignitus Anastasius Schlecht an. 1693. in generali Capitulo Braunshatensi.

Monasterium hoc aliis Cella Sanctoensis dictum à prima sua fundatione bis in flammis abesse memoratur semel sub finem sæculi XVI. scilicet tempore, quo Carolus Cardinalis à Lotharingia et Joachimus Marchio Brandenburgicus Lutheranus de Episcopatu Argentoratiense inter se dimicabant. Tunc etiam Brandenburgici nocte in Monasterium invadentes in præposito manibus captivum abduxerunt, et Castro Dachssteinensi in Alsatia incluserunt, unde haud amplius rediit, atque ibidem in Religionis Catholicae odium trucidatus fuisse creditur an. 1595. Ei successit Joannes Schürlerus Braga in Genobio Montis Sion, vulgò Brostoff nuncupato Prior ab Imperatore Rudolpho II. missus ad recuperandum de manibus Brandenburgicorum, qui amandatis Religiosis illius possessionem ceperant, hoc Sanctoense Genobium, quod ipsi cepit ad vota; et ubi per biennium eidem præfuerat ad hos an. 1601. Bragam rediit.

Ad hanc Omnium Sanctorum Cellam seu Monasterium propter verba miracula quæ in ejus Cella fiunt, Silesiæ ex variis terrarum partibus devotionis gratiâ peregrinantur in tanta copia, ut interdum hujusmodi peregrinantes bis mille ~~anno~~ ibidem numerentur.

6^o Cella ad Hammerspachium | Zell am Hammerstaif: Urbs angusta Imperialis et immediata Duabus Levis Gallis ad orientem à Gengenbaco. De ea nihil occurrit dicendum, nisi quod 400. civiter ab ea possibus in Hammerspacensi territorio ~~cella~~ celebris sit ad B. V. Mariam ad Vinula peregrinationis, quam Monachi Benedictini Gengenbacenses administrant, et ad quam frequens est populi concursus.

Hammerspachium autem vallis est ~~per~~ libera et Imperio immediate subjecta, quam regunt Praefectus et Senatores Austrii. Vallis haec quadringentis civitatibus ab Urbe Cella sumit initium et ad duo millia in Silvam Horvuriam porrigitur.

70. Gengenbaum | Gengenbauf. | urbs exigua libera et Imperialis ad Kinzicham | Kinzing. | flumen loco amoeni milliari ad Eurotrem ab Offenburgo posita. In 30. annorum bello anno 1632. Sueti illam occupaverunt, et alios multum afflicta fuit. Statim ac an. 1638. bellum Galliam inter et Imperium exortum est, Galli illam intolerabilibus, hybernis, incredibilibus pecuniarum ~~summaris~~ exactionibus, necnon militaribus ~~exactionibus~~ executionibus penè ad incitas redegerunt, ac denique ad miseriarum nubem disiperunt et incendunt. An. 1734. durante bello Polonico Galli denovo illam occupaverunt, sed mox deseruerunt. In ultimo tandem Successionis Austriacae bello in ea etiam semel hyberna habuerunt.

Hujus Urbis adificationi praebuit occasionem peregre Nobilium olim Benedictinorum Imperiale Monasterium, quod olim ante ipsam extitit, atque, ubi ipsa Urbs facta est, intra muros illius conclusum fuit, et cujus Abbas immediatus est Imperii Status, atque, Ratisbonensibus de annis 1613. 1641. et 1654. Imperii Receptibus subiungisse legitur.

Nobile Cenobium istud fundatum fuisse perhibetur circa annum Chr. 740. à Ruthardo potenti Alsatiae Ducis et Comite Zaringensi ac ejus Coniuge Domensarinda, qui in eo etiam humati fuerunt. Illud S. Dionisio Episcopo Meldensi in Gallia tradiderunt, à quo an. 742. Monachi ~~illo~~ in illud introducti fuerunt, quare à nonnullis illius fundator dicitur. Hanc dicti Ruthardi et ejus Coniugis foundationem postea confirmavit Carolus M. Dato ad id Diplomate. Postmodum et sub initium Sauli XI. Henricus II. Imperator cognomento Bater Monachorum Cenobium hoc restauravit, multisque possessionibus et praediis auctum Ecclesiae Bambergensi subiecit, ejusque Gaudium esse voluit.

Loco celebre Anterium hoc viros protulit tum nobilitate, tum pietate, tumque scientiarum virtute, praestantissimos, inter quos praecipue celebratur Lampertus, qui ex Abbate an. circiter 1358. ad Episcopalem Cathedram Briainensem in Tyrolis rogatu Caroli IV. Imperatoris evectus fuit, qua postmodum spontè dimissa sub an. 1364. factus est Episcopus Spirensis, tum an. 1373. Argentoratensis, ac denum an. 1374. Bambergensis. Tandemque Deposito omni Episcopali officio et dignitate ad suos an. 1398. Gengenbaum reverens sibi soli postea vixit, ac ibidem mortuus et honorificè sepultus est.

Celebratur etiam Philippus ex Nobili Elszpergen-

suam familia natus. Hi an. 1504. Abbas factus aliorum
 quorundam exemplo invitatus Canonico Collegium ex
 suo Monasterio instituire frustra tentavit. Illud multis
 aedificiis ornavit, cumque per 24. annos profuisset, tan-
 dem Sena Die S. Joannis Baptistae sacra anno salutis
 1531. obiit. Eodem suscepit Fredericus ex Nobili
 Keppenbachiorum familia oriundus. Is Scholam
 Monasterii per aliquot saecula clausam Sena aperuit.
 Cum etiam antecessorum negligentia Monasterii
 bona dilapidata fuissent, ipse eadem frugalitate sua
 restituit, ac illud multis aedificiis illustravit. Hujus
 Abbatiate bellum Schmalkaldicum sumit initium,
 cujus occasione à Comite Fürstenbergio Lutheranis cap-
 tus mox suapte virtute liberatus est. Vitam posuit an.
 1555. Ei suscepit Gisbertus in Metensi Ditione pa-
 rentibus honestis natus, ex Monacho Maurimonaste-
 riensi Abbas Altoffensis in Alsatia an. 1554. factus, et
 an. 1556. Offoniburgi à vicinis Proceribus, inter
 quos et ipse erat, quò quò De eligendo novo Gengenba-
 censi Abbate deliberaturi convenerant, omnium
 votis electus, primusque ignobilium, qui ad eam di-
 gnitatem pervenit; priores enim Abbates Gengenba-
 censes omnes fuerunt Nobiles, ut potè ex Nobilium hujus
 Coenobii religiosorum gremio semper assumpti. Is
 Monasterium passim suis aedificiis ruinas minitans ma-
 gnis sumptibus restauravit, Scholam publicam aperuit,
 nec non viros doctos liberalibus stipendiis ad se pellexit,
 id quod veteres Abbates in frequenti usu habuere.
 Vigent adhuc ibidem studia, nec non sublimiores acie
 ac humaniores litterae docentur.

Praeteritis bellis periclitante Genobium istud, ac
 Urbis ipsa, fati fuit obnoxium; et quamvis infasto-
 rum temporum et hominum injuria multas casque
 praedavas amiserit possessiones, nihilominus vel ad-
 huc maxime floret, quamvis non amplius adeo sit
 opulentum. Advocatum habet Marchionem Ba-
 dens-Badensem tanquam Ortenaviae Dominum
 et Domus Austriacae Subfeudatarium.*

3^o. Offonis Burgum, seu Offonis Byrgum, Offo-
 nis Castrum, et etiam Osophonis Castrum | Offon-
 burg: | libera et immediata Imperii Urbis ad Kingicham
 in amoenâ plantie loco ad partem Kingicha paulò emi-
 nenti posita 3. miliaribus communibus ad orientem ab
 Argentina.

* Marchio Badensis an.
 1775. fati cepit. Sed
 quae Ortenavia una
 cum Advocatia hu-
 jus Monasterii ad
 Domum Austria-
 cam rediit.

† quae eleganti ponte
 sublimis ibidem jun-
 gitur,

Satis pulchra foret, nisi varia aedificiorum combustorum
 ruina illam quodammodo deturparent. Existata
 fuisse dicitur ab Anglico Regi Sanguinis viro seu Regulo
 vel Reguli filio, cui Offo nomen fuit. In hujus rei tes-
 timonium moneta ostenditur ab ipso exarsa et in Anglia
 memoriam Angeli imagine cruce utraque manifestans,
 siquali apparatu primi Anglorum Apostoli incepisse Beda tes-
 tatur: insignita, cujus monetae nummi Antiqui Offonis-
burgenses, appellantur, et quorum aliqui an. 1526. Argento-
 vati in demolitione Monasterii S. Clarae reperti fuerant.

Olim Offonisburgum sub Argentinensis Episcopi ditio-
 ne fuit, qui illam an. 1330. à Marchione Badensi, cui ab Impe-
 rio oppignorata fuerat, emit. Postmodum Wilhelmus
Argentinensis Brasul mediam illius partem Imperatori
Ruperto tradidit, ut ipse adversus Argentinenses opem ferret.
 Tandem Episcopi Dominium in ea omnino deit; id ta-
 men haud diu ante Seculum XVI. evenisse oportet; cuius-
 veri Urbis hac nec in Rhenanarum nec in Svecicarum
 Urbium foederibus, quae tunc temporis vigeabant, inveni-
 tur.

Anno 1632. Succi pacis conditionibus illam obtinere
 runt. An. 1688. Galli eam diriperunt et incende-
 runt demolitis illius munimentis. An. 1701. Ca-
 sa rei denuò munimentis aliquot illam instruxerunt,
 at brevi post Galli occupatam eis nudaverunt. Deni-
 que an. 1734. inde Galli in bello Coloniae prope illam
 Castra metati sunt; in eaque praesidium habuere. Nunc
 Simplicii muro cingitur.

Offonisburgum est commune velut perfugium illo-
 rum, qui vel ob as alienum vel aliud infortunium so-
 lum Gallium vetere coguntur, necnon virorum No-
 bilium, quorum res in angusto posita sunt, quippe
 qui paucis sumptibus in ea vitam satis commodam
 agere valent; nulla enim ibi Annona caritas.

Sub tutela Domus Austriacae antea haec fuit, at post-
 quam Marchio Badens-Badensis Ortenariam velut
 Subfeudum ab illa obtinuit, tunc et una hujus Urbis
 tutelam adeptus est. Modo postquam an. 1771. Marchio

Sota Catholica est. Equidem cum Lutheranismus
 Germaniam pervaderet, Patritii et Nobiles, qui sat mul-
 ti in ea numerabantur, atque jam Lutheri Dogmatibus
 imbuti erant, eam quoque Lutheranae fidei merita-
 ti sunt, cumque, ut liberius ac tutius haec de re consilium
 caperent, Urbe egressi essent, Cives malum subodorati,

Badensis vitam posuit
 tutela hanc ad Bonum
 Austriacam rediit

tionum
 im re
 multo
 est, tan
 blutem
 Nobili
 etiam
 perant.
 astori
 late ha
 Hujus
 mition
 vno cap
 suit an
 me pa
 aste
 tus, at
 ter
 enba
 im
 si-
 pla-
 hujus
 ma-
 verit,
 desit,
 ior.
 res qui
 dom au
 lantia
 isqua
 vel ad-
 so lit
 im Ba
 inum
 , Offo-
 Offon-
 bicham
 ubi om
 tam ab

Urbis portis post ipsos clausis, eos iterum in illam regressu pro-
hibuerunt.

In ea B. Minores Ordinis S. Franisci Conventuales Cen-
bium habent, juventutemque magno Civium emolumento
humanioribus litteris imbuunt. Habent quoque

Capucini Conventum intra muros Riturum, cujus primum
lapidem an. 1640. Die 23. Aprilis posuit Comes de Schauen-
burg, tunc temporis, Offonisburgensis praesidii Praefectus, q

q adest etiam pe-
clausum et quelen-
tum Xenodochium.

9^o Schuttera seu Monasterium Schutteranum vel B.
Vi Mariae ad Schutteram (!: Desfiltron:!) Ordinis S. Benedicti,
ad Schutteram fluvium in amoena planitie duabus leuis
gallias ad orientem ab Offonisburge positum.

q circa an. 600. vel 603. Anglii qui in Angliam Regem, seu Offone Nobili
Regem condiderunt, circa an. 600. vel 603. quibusdam

Sibi Christianam religionem, Germaniam venerat, et uixit
circa an. 600. vel 603. Anglii qui in Angliam Regem, seu Offone Nobili
Regem condiderunt, circa an. 600. vel 603. quibusdam

fundatum fuisse dicunt circa an. chr. 600. vel
603. ab eodem Osophone seu Offone Nobili seu

Regulo Anglico, qui Offonisburgum excitavit, et
qui ad praedicandam Christi fidem in Germani-

am venerat, et cujus uirum paulo ante Angliam S. Au-
gustino Monacho Benedictina praedicante eandem amplexa

fuerat; illudque à suo nomine Osophonis seu Offonis (Clu-
lam nuncupatum fuisse, nomen autem hoc temporislap-

tu obliteratum fuisse, eique à Schuttera fluvio, qui pra-
terlabitur, Schuttera vocabulum successisse.

Verum haec fabulam redolere videntur, nec enim verisi-
mile est, Nobilem hunc Anglicum vel, si magis, Regem,

sive Regulum et Principem fidei Christianae principis
à S. Augustino, qui à S. Gregorio Papa missus primum sub

finem Saeculi VI. aut initio VII. in Angliam appulit, vix
imbutum statim in Germaniam proficisci voluisse, ut

ibi Christum praedicaret, p. Unde magis nobis probantur
ii, qui afferunt Monasterium istud à S. Birminio Mal-

Jensi in gallia Episcopo, qui an. 755. 3. Novembris vitam
posuisse memoratur; post Saeculi VIII. initium et circa

an. 730. à fundamentis excitatum fuisse, ad quod dein-
de post annos aliquot Offo noster Romam et ex alijs pijs lo-

is, ad quae devotionis gratia peregrinatus fuerat, rediens
caum venit; locique amoenitate simulque S. Birminio

amore captus ibidem reliquum vita sua tempus trans-
actus Monachum induit, ac de suo patrimonio Cen-

bium hoc non modo aedificiis sed et parventibus auit.
Denique sub initium Saeculi IX. scilicet an. chr. 1007.

Henricus II. Imperator, cum iter Basileam Argentinam faceret, in hoc Schuttenense Monasterium antiquitate et rebus incensis collapsum delatus est, ac misericordia motus omnia illius aedificia restaurari et ampliari curavit, illudque multis proventibus et divitiis fecit insignem, ac Ecclesiam Bambergensi feudale constituit.

In praeteritis Galliam inter et Imperium, aliisque bellis Monasterium hoc iudem fatis ac alia Ostensavia loca fuit obnoxium, nempe incendia, dirptiones, pecuniarum et commerciorum et ac annona exactio nes sustinuit. Sub ditione Domini Austriacae Regit, illiusque Abbas membrum est Status Ecclesiastici Austriacae.

§. IV.

De Dynastia Mahlbergensi.

Dynastia Mahlbergensis [i] dicitur oboridit Maflberg: sita est inter Ostensaviam, qua ipsi Septentrionalis est, et cui ab aliquibus adijctus, Ditiones Lahrensem et Gersolckensem, quae ipsi sunt ad orientem, Ettenheimensem, quae ad austrum vergit, et Rhenum versus Occidentem. olim pars erat Comitatus gersolckensis, at extincta horum Comitum prosapia titulo agnationis ad Marchionem Badensem pervenit.

In ea notatur Mahlberga [i] Maflberg: Ubs exigua at vilis milliari communis ad austrum à Schuttena distans. Ei inninet Castrum in monte collocatum olim oppido munitum. Initio saeculi XIV. in potestate Alberti Imperatoris fuit. In Ducis seu 30. annorum bello, modo Suecorum modo Caesareorum fuit: hi illam an. 1641. devastaverunt.

P. Capuini prope eam habent Genolium à Principe vidua Leopoldi Wilhelmi Marchionis Badensis, juxta defuncti Mariti voluntatem fundatum: cujus fabricam iidem Patres exorti sunt die 23. Octobris an. 1672. Eadem absolutam Galli an. 1675. ibidem pilaverunt, ac biennio post scilicet an. 1677. incendierunt. Tum restaurari inceptum, an. 1682. posthinc completum fuit et absolutum.

Subsectio II.

De Marchionatu Badensi Inferiori

Seu Badeno-Durlacensi,

ne non aliis locis, quae in Brisgoja ad illam pertinent.

¶ Marchionatus Badensis Inferior seu Badeno-Durlacensis [i] dicitur Nindor Marggrafus Badon seu dicitur

¶ Marchio Badeno-Durlacensis praeter Marchionatum Badenensem Inferiorem, alios quoque, quos Pyrrus recensimus, Ditiones et Dominia in Brisgoja possidet; quae a nobis singulis SS. expendantur.

§. I.

De Marchionatu Badensi Inferiori, seu Badeno-Durlacensi.

¶

mus illam exitant, et alii verisimilius contendunt eam anti-
quitas Orghemium ab Orunia seu Orunia Silva; Gast-
wald; vocatam fuisse, unde et ab aliquibus Bota Orunia
nuncupatur.

Creditur Phorcenum, extinctis in persona Conradini anti-
quis Suevis Ducibus, ad Marchiones Badenses pervenisse, quo
tamen incertum est; id Istantat extra dubium ponitur,
Urbem hanc sibi et jam ab antiquis temporibus ad illos perti-
nisse.

Olim fuit totius Inferioris Marchionatus, & Pederique Marchis-
num, unde et ipsi Marchiones Phorcenenses dicti sunt eorum-
que Regionis portio Phorcenensis vocata fuit. At ubi
cives iniqua suadendi ratione Principis Caroli indignatio-
nem inuenerunt, tum ipse Dulasium in Arcem à se prius
excitatam an. 1565. sedem suam transtulit. Attamen
hodie adhuc Marchiones Dulasenses Phorceni sepultra-
ram habent, ut, quibus vivis caret, saltim mortuos contineat.

An. 1601. Ernestus Fridericus Marchis Calvinisticam Reli-
gionem in hanc Urbem invehere conatus est, at Circibus cons-
tanter obstititibus à proposito destitit. In bello Suevis
multa adversa sustinuit. An. 1634. Galli eam occu-
paverunt, dirutisque manibus ignem variis in locis subje-
cerunt, quæ cum ab incendio utrumque servata fuisset, an.
1692. demum redeuntibus illam inuenerunt. Modò portio
ri parte restaurata est, in eaque præter alia adest tex-
tilium Opificium admodum quatuosum.

3^o Carlzouha; Carlouf; seu Caroliquies, Urbis cum Arc
seu palatio ~~lxxxviii~~ sita in confinis medio Sylva,
quæ Haardwald nuncupatur, necnon Philippopolim ur-
que ponitur, lævâ gallicâ ad occidentem à Dulasio,
à Carolo Wilhelmo Principe Dulasensi excitata, cujus
primum lapidem 17. Junii an. 1715. ponit, sedemque
Marchionum fecit.

Regulariter adificata est, plateaque habet ad line-
am ductas, ac Glabelli explicati figuram refert.
Trecentis circiter constat aedibus plerumque humilibus
et ligneis, quibus mavorum locis lectum est. Arc seu
Palatium lapideum est, quod turri instructum est,
200. pedibus alta, è qua non modo Urbis ipsa et ejus vi-
ci, sed et 32. ambulacra, quibus nemus intersectum est,
despiciuntur. Ad illud en Urbis per amœnum hor-
tum 4000. citris, malis aureis, p. consitum patet aditus.

Urbis angusta fossa cingitur, moeniumque loco sunt
palii. Cives partim Lutherani, partim Calvinista, et
partim Catholici sunt. Capucini domum incolunt, in cu-
jus trilinio sacra peragunt. At modò coenobium habent et Ecclē-
hiam.

ga. suo nomine Inna-
vent.

Phorceni an. 1455. Se-
natus Stutgardia
an. 1522. atque sua
670. Vicarius et
linguarum præse-
tim græca et Hebrai-
ca peritissimus, nec-
non ad Papam et Impē-
ratorum legationibus
celebris.
& Metropolis

4^o *Gottsau* seu *Argia Dei* | *Gottbau* | olim celebre liberum et Imperiale Monasterium Benedictinum Diocesis Spirensis. Rurum ad Albam | *Dir Alb* | flumen. Semimidiari ad occidentem à *Durlaco*, fundatum an. 1010. à *Bertholdo* Comite de *Henneberg*, et *Monachis* *Hirsaugiensibus* traditum, quorum quodam à *Bomone* *Hirsaugiensis* Abbate missi illius abierunt possessionem. An. 1458. ad instantiam *Marchionis* *Badensis* illius Advocati reformatum fuit, et *Congregationi* *Bursfeldensi* subiectum.

Ibid *Lutheranismus* *Saulo XVI.* passim dedit, et *Iosepho* *Ferdinandi II.* Imperatoris restitutum fuit an. 1630. Verum *paux* *Westphalica*. an. 1648. conclusa illud semis ad *Lutheranos* transtulit. Modo vastum jacet; attamen unius adhuc rotundi fidei faciunt, illud olim elegans et portiosum fuisse aedificium.

5^o *Molberga* | *Mühlberg* | exiguum oppidum 2. milliariis ad occidentem à *Durlaco* et uno ad orientem à *Rheno*. Quodammodo *Segra* et *catra* *riam* situm est. Olim elegans et munitum castrum habuit. *Vigintibus* *Gallis* inter et Imperium *bellis* *Casarei* interdum huc castra habuerunt.

§. II.

De *Marchionatu* *Hochbergensi*

Marchionatus *Hochbergensis* seu *Alto-Montanus* | *Indi* *Marggraffschaft* *Loisbrög* | ad orientem *Septentrionem* et *Austrum* *Brisgoja* *Austriaca* clauditur; ad occidentem vero *Rheno* adiacet. Notatur in eo

7 Nomen tribuit
Marchionati.

1^o *Hochberga* seu *Mons Altus* | *Loisbrög* | *Arx* antiquissima, quam sub *Carolo M.* quidam *Hachs* construxisse dicitur. 9. Sitae est in eminenti colle seu monte *laeva* *galli-* *ca* ad orientem ab *Emmendinga*. Olim invincibilis habitata est, at an. 1689. *Galli* eam occupaverunt et exiderunt. Modo velut sub ruinis suis vasta jacet.

2^o *Emmendinga* | *Emmendingen* | *Urbs* exigua ad *Elzam* | *Elz* | flumen posita 2. milliariis ad *Septentrionem* à *Friburgo* *Caput* *Marchionatus*. An. 1590. *curante* *Marchione* *Badensi* huc *Catholicos* inter et *Lutheranos* *Theologos* institutum fuit colloquium, quod post *Septionem* *Septimam* sine fructu dissolutum est.

3^o *Tennenbacum* seu *Costa Coeli* | *Tennenbach* | celebre *Ordinis* *Cisterciensis* *Monasterium* 2. milliariis ad *Septentrionem* à *Friburgo* *Diocesis* *Constantiensis*, at quidem intra *limites* *Marchionatus* *Hochbergensis* collocatum, tamen *Sitionis* *Austriaca*; illiusque *Abbas* *membrum* est *Status* *Eclesiastici* *Anterioris* *Austriacae*. Fundatum dicitur

hoc Comitatum an. 1156. à Landgraviis Stillingensibus.

§. III.

De Dynastiis Badenwillensi,
Roetelnensi, et Landgraviatu Susen-
bergensi.

Haec tres Ditiones ita sitae sunt, ut Badenwillensis Septen-
trionem, Roetelnensis Austrum, medium vero Susenber-
gensis teneat. Ad Septentrionem, Orientem et Meridi-
em Brisgoja Austria cinguntur, et Occidentem Rheno fi-
niantur Basileam usque. Ocurrit

1. Dynastia Badenwillensis: Sic Gropffast Badenwill-
ero: Landgraviatu Susenbergensi ad Septentrionem po-
sita est. Idem anno 1444. Joannes Comes Triburgen-
sis Hugoni et Rudolpho Marchionibus Badensibus cepit, ca-
tamen conditione, si nimirum absque liberis à vita dis-
cederet, quod et factum est. Notatur hic

Badenwilla seu Badenweilerium: Badenwillero:
Oppidum cum arce. Nomen habet à celebribus Theriis,
quae ibidem sunt, ac quotannis multum frequentantur,
quod vicinia Dynastia ipsi tribuit.

2. Dynastia, olim Marchionatus Roetelnensis: Sic
Gropffast Roeteln: Landgraviatu Susenbergensi ad
austrum posita. Olim speciales suos Dominos et possesso-
res habuit, quorum aliqui Episcopi Basileenses fuerunt.
Eorum ultimus Lutholdus Cathedralis Ecclesiae Basileen-
sis Praepositus à vivis excepsit an. 1320. postquam prius
per Donationem mortis causa Dynastiam seu Toparchi-
am hanc Henrico VI. de Susenberg Hochbergica Baden-
sis prosapia legasset. Ubi autem an. 1503. Philippus
Hochbergica Badensis stirpis Landgravius Susenbergensis
nulla post se relicta prole mascula vitam permissit, tunc
Roetelnensis Toparchia una cum Ditionibus Badenwillen-
si et Susenbergensi vi pactorum à Maximiliano I. Impera-
tore confirmatorum, per Sententiam Imperialis Camerae
Spiraensis, Christophoro Marchioni Badensi delata fuit
et adjudicata, nequaquam obitente Ludovico Duce de
Longavilla: (Langeville:) qui Joannam unicam filii
Philippi filiam uxorem habebat, cui una cum titulo
Marchionis Roetelnensis Intraerat, Comitatus seu Prin-
cipatus Naccomensis: (Nürnberg:) qui etiam ad Philippum
pertinuerat, relicta fuit.

Toparchia haec seu Dynastia nomen habet à parva Urbe
Roetelnâ milliari ad curv. Aquilonem à Basilea loco satis
amovno posita. Eadem impendebat Castrum à Friderico Mar-
chione Badensi, ut fertur, excitatum, quod in praeteri Pauli
bello dirutum et penitus exilium fuit.

In ea etiam antehac vox fuit *Griendinga* (|: *Griendingen*)
dicta semimiliari à Basilea et è regione *Hunnings* posita.
Notam fuit proelium propè illam *Casarcos* inter et gallos an.
1702. initum, in quo *Equitatus Casareus* et *Beditatus gallicus*
casi fuerunt. In ea durante bello *Friedericus* Prin-
ceps *Badeno-Durlacensis* aliquamdiu demoratus est. Nunc
provisi dicitur et solo aequata est, nec ibi aliud occurrit nisi *Cam-*
pona ipsius nominis heres, ad quam vult junctum locum *Bas-*
Silenses interdum veniunt *Spatiatum*.

3^o *Landgraviatus Dusebergensis* (|: *Duseberg*, *Dusem-*
berg) | inter *Dynastias Badenwillensem* et *Roetelnensem*
situs est, hinc ad Septentrionem, illi ad Austrum, et
ad Occidentem *Rhenus* finitur. Anno 1503. quod primum
diximus ad *Badenses Marchiones* pervenit. In eo nihil
specialiter venit notandum. *Archiducos*, *Aus-*
tria tanquam *Sucessores* *Ducum Zeringensium*, ratio-
na hujus *Landgraviatus* aequè ac *Dynastiarum Baden-*
villensis et *Roetelnensis* *Marchionem Badensem* tan-
quam *Subditum* suum habere voluerunt.

Sectio VI.

De ceteris *Dominis Brisgoja Imperio* *immediate* *Subjctis*.

Præter *Ditiones Principum Badensium* adhuc quædam
in *Brisgoja* numerantur *Imperio immediate* *Subjctæ*,
quas etiam hinc expendimus.

S. I.

De *Ditione Lahrensi*.

Ditio Lahrensis (|: *Dieshwoffst* *Lahr*) | sita est in-
ter *Ortenavianam*, qua ipsi est ad Septentrionem, *Dynas-*
tiam Gerolseckensem, qua veris Orientem est, *Mahl-*
Bergensem qua ad Austrum vergit, et *Rhenum* veris
Occidentem.

Fortè antiquitus *Marchionum Badensium* fuit,
et postmodum ad *Comites Gerolseckenses* pervenit, pe-
nes quos permansit usque ad an. 1393. tunc enim
Merussia et *Sarverda* *Comites*, qui ipsi affinitate
conjuncti erant, ad *Simultaneum* hujus *Ditionis*
Dominium admitti fuerunt; ubi autem horum *Comitum*
prosapia masculina cum *Joanne Jacobo* an. 1527.
extincta fuit, tunc illius patris filia *Catharina*
Joannis Ludovici *Comitis Nassovio-Sarepontensis*
conjunctis inter alia etiam *Lahrense* *Ditionem*
sibi feudum muliebri sibi aperuit. De ad

judicium perlata tandem anno 1595. Comes Nassovius Spi-
 rensis Camera Imperialis Sententia ad illius restitu-
 tionem condemnatus fuit, cuius tamen, petita liti re-
 visione, executionem stetit. Interim tandem
 anno 1625, cum Jacobo de Gerolseck transactio inita est, in
 cuius ipsa ditionem hanc Domui Nassovio-Sarepontensi cepit
 pro 100000. florensis ea tamen conditione, ut quoad hanc
 Summam non solveretur, ipse ea hujus laurenis domini redi-
 tibus illius centum seu, ut ajunt, pensionem perciperet.
 Mortuo atque prole Jacobo de Gerolseck, transactio haec
 cum Marchione Badeno-Durlacensi illius herede an. 1632.
 innovata, et an. 1652. repetita fuit; cumque Comites Nas-
 sovii Summam hanc solvere negligenter, tum Imperialis
 Camera Spirensis Sententia in plenam hujus ditionis profes-
 sionem inmissi fuerunt, eamque tenuerunt usque ad
 an. 1724. tum enim Consilium Imperiale Aulicum pro
 Domo Nassovio-Sarepontensi Sententiam tulit, eique
 facultatem praebuit illam sibi redimendi, quod et fac-
 tum est, qua Domo haec brevi post extincta ad Nassavio-
 Uringensem proregiam pervenit, quam hodiecum ad-
 huc possidet.

Marchiones Ba-
 deno-Durlacenses

Notatur hic Laha: Laha: Ubs exigua sed populosa
 et mercantilis, toti ditioni nomen tribuens sita ad Schut-
 teram fluvium 2. miliaribus communibus ad Austrum
 ab Offenlburgis. Tota Lutherana est.

In ea fuit celebre Canoniconum Saecularium Collegium
 pinguis et opimis proventibus a prima sua fundatione
 quovunque duntaxat auctore liberalissime dotatum et com-
 pletatum, quod Fridericus Senior Marchio Badeno-Dur-
 lacensis, postquam, extincta Comitum Gerolseckiorum Stir-
 pe, illius cepit possessionem, ejectione Canonice pessumderit,
 redditisque suis fuit.

§. II.
 De Dynastia seu Comitatu
 Gerolseckensi.

Comitatus seu ditionis ac Dynastia Gerolseckensis: dicitur
 fuisse Geroldseck, seu Hofen-Geroldseck: nomen habet
 a Castro in sublimi monte supra Saxum Schutteram inter
 et Kindricham amnes posito miliaribus versus Orientem a Lah-
 ra; quod Geroldus quidam Italus natione et Suevorum
 Bellidus, qui astate Caroli M. in Germaniam venit, ex-
 citasse, necnon Comitum Geroldseckensium auctor fuisse
 dicitur. At quidquid haec de sit, tanquam verus et ge-
 nueris Stirpis hujus auctor habetur Otto Comes Geroldseck-
 kensis, qui an. 1182. notus fuit.

Castro vero in praeteriti Pauli bello Galli munimentis,
 que satis valida erant, nudaverunt ac devastaverunt.

Extincta circa an. 1632. honum Comitum prosapia, Marchio Ludacensis agnationis proxima titulo hujus Ditionis possessionem arripere voluit, at ab Imperatore Ferdinando II. quod illa Dombis Austriaca Subfeudum esset, regulam passus est, qui eam, velut sibi hominique sua apertum feudum Comitibus de Cronberg seu Cronburg tradidit, quorum etiam tanquam Comitum Geroldseckensium jam an. 1641. in Ratisbonensi Imperii recessu mentio facta est; qui et illam possederunt usque ad an. 1704. quo illorum prosapia penitus defuit, triumque frustra obitente Marchione Ludacensi, qui jam per suos Ministros illius possessionem arripuerat, Comiti de Leyen in feudum concessa fuit. Comites de Geroldseck olim Adorati fuerunt Monasteriorum Benedictinorum Schutterani et Ettoniani seu S. Ettonis, vulgò Ettenheimmünster dicti.

S. III.

De Dynastia Ettenheimensi
Et
Monasterio Ettoniano.

Dynastia Ettenheimensis: | ab Dombis Ettonianis: | Urbs exigua tribusque pagis comprehenditur. ad Aquilonem Ditione Mahlbergensi, ad occidentem Rheno, ad Austrum Brisgoja Austriaca, et ad Orientem Monasterio Ettoniano Dominio clauditur, necnon Circolo Rhenano Superiori adjecta est.

Nomen ei tribuit Ettenheimium | Ettonianum: | Urbs angusta ad ejusdem locum nominis rivum | Ettonbruf: | sita semimilliarum ad Austrum à Mahlberga, et miliarum communi ad occidentem à Monasterio S. Ettonis seu Ettoniano.

Ab Ottone seu Etone Comite Habsburgico circa an. 734. una cum Castro in monte collocato exitata fuisse dicitur. Castellum hoc temporum et hominum injuria dirutum et excisum fuit, in cuius loco Euberia parochialis constructa fuit, quae ibidem adhuc exstat. modo paulo inferior nova exiitata est.

Anno 1637. mense Augusto Sueso-Wimarienses Copiae Urbem hanc occupaverunt. Postmodum in leuitis bellis Galliam inter et Imperium variis calamitatibus pressa fuit.

De
Monasterio Ettoniano.

Miliarum communi ad Orientem propè undigam | Unditz: | rivum situm est Ordinis S. Benedicti Monasterium Divi Ettonis seu Ettonianum | Ettonseimmünster: | dictum, in angustis amoenis sed admodum angusta et ad orientem, austrum et Aquilonem iucundis montibus obfessa valle, adeò ut quamdam Amphitheatri speciem exhibere videatur.

Hujus Monasterii historia satis obscura videtur; frequentes enim devastationes et incendia, quibus à primavà seomè fundatione suâ afflictum fuit, omnia illius monumenta et documenta sustulere adeo, ut ex iis nihil penè reliquum eidem sit præter Testamenti. Divi Ettonis Episcopi Argentinensis in ipsius favorem anno salutis 779. 3. Idus Martii conditi authenticam copiam.

Circa annum Christi 700. fundatum dicitur à Wigerō seu Wigerino aut Wigerō Monacho et postmodum Eulēria Argentinensis Episcopo, atque ab eo Cella Monachorum vocatum, quod temporum et bellorum incursâ desolatam et collapsam restauravit Otto seu Etto, vel etiam Hatto, et Hardo ex Comitibus Altenburgensibus postea Habsburgicis, anno 734. quo ex Argia Divite, ubi post S. Birminium Abbas fuit ab ipsomet S. Birminio ammentē Carolo Martello Clotarii Francorum Regis Majoris Domus constitutus, ab eodem Carolo extractus ad Episcopatum Argentinensem promotus est; prout innuit Inscriptio, quæ binis versibus comprehensa in veteri MS. legitur:

Anno ter dēno Septingentesimo quarto

Antistes Claustrum renovando condidit Etto.

Episcopatus huic profuisse dicitur annis 46. ab anno videlicet 734. usque ad an. 780. quo meritis plenus ad Superos evolavit, in eodem Monasterio, quod ab ipsius nomine deinceps Ettonianum vocatum est, sepultus cum hoc Epitaphio:

Hardo. Brasul. Argentinensis Ecclesiae, Renovator hujus loci.

Monasterium hoc pulchris et amplis aedificiis ornavit non modo, sed et variis in Alsatia, Bisgoja et Ostensavia vidis, prædiis, Oppidis, Pagis, pratis, piscinis, molendinis, piscationibus, mancipiis perpetuis, curte unâ in Urbe Argentinensi, Basilicis, Hubis, caris, Decimationibus, in Nassaba Lotharingia Urbe mediâ patellâ Salis et censis, ceterisque bonis, quæ in Argovia, cui Comites Altenburgenses postea Habsburgicis imperabant, possederat, pro triginta Mona-

chis Benedictinis liberalissimè dotavit, quem
admodum disertis verbis in suo testamento, quod
vix ante obitum suum anno videlicet 779. 3. Idus
Martii condidit, necnon in prefato Monasterio
conservatur, omnia haec expressa leguntur.

4 copialiter

Proinde Coenobium istud, quod, prout jam pri-
mum annotavimus, Princeps Ettonianum sive
Divi Ettonis | Ettonianum | nuncupatum
fuit, celebre admodum et spectabile factum
est.

Verum Saeculo XI. Liber Baro de Hohen-
stauffen |; cujus posteris Duces Sueviae facti sunt,
quod alibi memoravimus | Imperatori charus,
ab eo facultatem obtinuit hujus Monasterii
bona et praedia militibus suis addicendi, quo
factum, ut tunc jam multum de suo splendore
ipsi deperiret. Postmodum multoties dirip-
tum et incensum fuit, praesertim Saeculo XIII.
ac per eam aetatem qua Imperium vacavit us-
que ad ~~1273~~ annum 1273. quo Rudolphus
Habsburgicus Imperiale Solum consecravit. Bel-
lis etiam, qua variis temporibus Germaniam
afflicerunt, vel maximè depresum fuit; praeser-
ticipue autem in triginta annorum bello: tum
enim Suedi egerunt Monachos, et Abbatem capti-
vo Kendingam Austriae Anterioris Urbem duobus
circiter miliaribus communibus à Monasterio distan-
tam abducto, ubi pro maxore contabuit, ejusdem
Monasterii, illiusque bonorum et praediorum pos-
sessionem sibi asseruerunt ac retinuerunt us-
que ad an. 1648. quo vi pacis Westphalica tota
Germania excedentes, illud et deseruerunt. Scum
varius illius Documentis asportatis, quae Christi-
na Suevia Regina Romam detulit, ubi modo
in Bibliotheca Vaticana aservantur.

Tunc Monachis omnino depauperatum Coe-
nobium suum repetere datum est, ac post annos
aliquot à Principali S. Galli in Helvetia Mo-

monasterio sibi Abbatem postulaverunt et obtinuerunt
 B. Franciscum Hertenstein, qui ibidem Sub-
 prioris munere fungebatur. Is Monasterium
 istud sapienti sua agenda ratione iterum, si
 non antiquo, saltem aliquanto Splendore res-
 tituit. Obiit an. 1686. postquam per tri-
 ginta annos summa cum laude eidem pra-
 fuisset.

Tertius ab ipso ejusdem Coenobii Abbas fuit
 Joannes Baptista Eck Friburgensis Brigojus,
 anno 1710. 10. Martii electus, et anno 1740. 24.
 Aprilis Viennae Austriae Senatus. Hic novam
 Monasterii Structuram eamque amplam et
 satis magnificam excitavit; Bibliothecam
 quoque multis librorum millibus auxit.

Quingentis circiter versus Occidentem à Mo-
 nasterio passibus extat Ecclesia, quae S. Lande-
lini dicitur, et Balneum ejusdem nominis,
 quod variis, praesertim artuum, morbis mede-
 ter, et in quo singulis annis, praesertim in
 aestate, magna est utriusque Sexus persona-
 rum frequentia.

Vetus est traditio Scotia Nobilem seu Prin-
 cipem, imò, ut quidam sine sufficienti funda-
 mento tamen, volunt, Regis Scotia filium,
 cui nomen Landelinus fuit, relicta Regia et
 patria versus Germaniam iter arripuisse, ac
 tandem transmissis Rheno ad locum Altoff dicitur,
 ubi aliquot erant rusticorum tuguria,
 primum venisse, ibique aliquamdiu apud pau-
 perulam viduam, cui filia erat ambobus
 oculis orbata, divertisse, inde in densam Syl-
 vam penetrasse, ac eo loco, ubi nunc est Eccle-
 sia, quae, ut jam dictum, ab ipsius nomine Eccle-
sia S. Landelini appellatur, milliari ab Altoff
 resedisse. Haud procul inde in monte versus
 Meridiem Regulus quidam, Cyrovus nomine, in

Castro, quod et ab ipsius nomine Gisori Castro
 1: Gisoburg: vocatum est, et cuius adhuc rudera
 quaedam supersunt, morabatur. Is, cum ab uno
 e suis Venatoribus comperisset, esse in Silva vicum
 peregrinum, et, quod quidem Venator ajebat, Ma-
 gnum, qui suis incantationibus feras, quas ipse
 persequeretur, ad se pelliceret, furore percitus Ven-
 tory praecipit, ut illum e medio tolleret: hic igitur
 citato cursu ad eum locum, ubi S. Landelinus erat,
 veniens eidem oranti caput amputavit, tuncque
 statim quinque limpidissima aqua fontes e terra
 prosilierunt, bini salicet ad ejus pedes, bini ad manus,
 et ad collum unus, prout hodie adhuc singuli obla-
 queati conuntur. Paulo post Altoffensis vidua
 hospitem suum queritura et invisura ad locum vicum
 coecia filia sua veniens, illum expansis artubus in suo
 jacentem sanguine invenit, ac eodem S. Martyris san-
 guine linitis filiae suae oculis, ipsa statim visum re-
 cepit. Id circa annum salutis 840. evenisse ajunt.

Haec veteri duntaxat traditione accepimus. Id sane
 certum est, horum nempe fontium aquam, quae pro
 illa utentium commoda calefacta ad balneum aptatur,
 jam ab antiquissimis retro saeculis miris et supra caput homi-
 nis producere effectus, variisque et penè desperatis languo-
 ribus et morbis mederi: proinde Catholici contendunt eam
 esse miraculosam et quamdam supernaturalem virtu-
 tem in se continere, incredibile nimirum ipsis videtur,
 aquam hanc, quae limpidissima et purissima est, nihilque
 minerale vel terrae admixtum habet, quod variis Medi-
 corum tam Aetholicorum quam Catholicorum experimentis
 probatum est, adeo miris effectus producere posse.

Medio circiter ab hoc Monasterio miliaria versus Occiden-
 tem et paulo ad dexteram in monte ac inter Silvam locus est,
 qui Foratrum hostis | Buridus = Gastoni | dicitur, et ubi
 praeter ingentem craterem unio lapidi incisum, adhuc
 adhuc quaedam veteris aedificii rudera: unde quorundam
 conjectura est, ibidem primitus Monasterium an. 700. à
 Wigerno excitatum fuisse, quod deinde Etto Habsburgicus
 in eum, in quo nunc est, locum transtulerit. Verum obun-
 tiant alii, quod hujus e monte et Silva Monasterii translationis
 nullibi fiat mentio. Sane Religiosi quidam vitam coenobi-
 ticam, quod olim satis frequens fuit, acturi se e Coenobio
 in montem hunc et Silvam contulerunt, p.

Ex hoc Monasterio, inter alia Opera, an. 1751. prima vice
 prodierunt in Aulam Biblia Sana Latino-Germanica ni-
 xi per totam Germaniam celebrata.

Sectis VII.

De Landgraviatu Fürstembergica.

Landgraviatus Fürstembergicus, sive Landgraviatus Thuringicus, possidetur ab antiquissima simulque illusterrima Imperii familia, quae quidem priori saeculo principum numero primum adscripta, Idem autem dignitate et auctoritate à multis retro saeculis per semper est habita.

Inter Ducatum Wirtembergensem, Hohenbergensem Comitatum Superiorem, aliaque Austriaca Dominia, Brisgoviam, Sylvam Hercynicam seu, ut vocant, Nigram, Lacum Bodanicum, Bagum Scaphusianum, aliasque terras ita situs est, ut duplicata Aquila figuram exhibeat, sed aliis atque aliis principibus ac ditionibus fere ubique ita intercepta, ut de ejus longitudine ac latitudine certi quidquam statuere admodum difficile videatur. Sic Dynastia Hausen in Valle Kingana à Landgraviatu Baavensi per Dynastiam Hornbergensem quinque leucis disjungitur: Sic versus Euronotum Landgraviatus Nellenburgicus Comitatum Sacromontanum seu Heiligenbergensem à Dynastia Hohenhoevensi Landgraviatus Baavensi contemina quatuor leucis avellit; qui et ipsa Comitatus Sacromontanus à Messkirchensi, ab hoc iterum Dynastia Inferioris Trochtelfingana et Jungnauensis versus Borsam; occidentem versus Landgraviatus Baavensis principibus ibi digna, ringans, hic Wirtembergis et Landgraviatu Nellenburgico intercipiuntur.

In eo continentur Landgraviatus Fürstembergicus q. universim seu Baavensis, et Stuhlinganus, Comitatus Heiligenbergensis et Messkirchensis; Dynastia Gandelringensis; Wolfacensis et Haarlacensis; haec bina ultima sub nomine Dynastia Hausen in Valle Kingana communiter veniunt, quamvis duas separatas Dynastias constituent: Hohenhoevensis, Wildensteinensis, Waldyngensis, Trochtelfingana, et Jungnauensis. Praeter has ditiones Serenissima Dominus Fürstembergica possidet in Austria Superiore

Dynastiam Weitraensem, et in Bohemia nonnullas Waldsteinianas ditiones. Idem modernus Serenissimus Princeps Josephus patri suo Landgravi Ludovico-Augusto Egoni Sacrae Majestatis quondam à Consiliis intimis necnon Imperii et Circuli Suerici rei tormentaria Praefecto Supremo ~~expensis~~ an. 1759. è vivis sublato cessit: haec vero Principis hereditarii fratris Landgravi Carolo Egoni Sacro-Caracae, et Sacrae-Aegiae Majestatibus à Consiliis intimis ex hereditate Materna obtigerunt; binas iterum Stirpes quasi in subridium fundaturis.

Quoad haec territoria et ditionum positionem et situm, Landgraviatus Fürstembergicus seu Baden-
sis veteris ac praecipuum nobilissimum hujus prosapia
patrimonium collocatus est circa fontes Danubii et
Nisi seu Nicari inter Ducatum Wirtembergensem,
Comitatum Superiorem Hohenbergensem, Di-
tione[m] Hohenboerensem, Landgraviatus Nellenbur-
gicum ac Stuhlinganum, Pagum Scaphusianum
et Rottwilam Imperii Urbem; versus Occidentem
in Sylva Nigra Brisgoja confinis est, necnon Tutlin-
gam Urbem ac Dynastiam Wirtembergicam usque
Septem leuis in longitudinem protenditur, toti-
dem à Pago Scaphusiano, qui ipsi ad Austrum con-
terminat, ad territorium Rottwilense versus Aqui-
lonem latus est.

Ante haec Ditio[n]ibus Fürstembergicis plures ejus-
dem prosapia Dominabantur familiae. Medio
quidem auro inter ceteras eminebant Fürstember-
gia κατ'εξοχην ita dicta, et Fürburgensis: illa ut
patrimonium, ita et nomen gentilitium Comitum
de Fürstemberg retinuit; haec ab Urbe Fürbur-
go Brisgoja Metropoli, et Comitatu Uraensi cum
aliis terris ex hereditate Ducum Zaringensium no-
viter acquisitis novum Comitum Fürburgensium
et Uraensium nomen, gentilitis ex illorum tem-
porum more relicto, sibi admissente. Haec anno
1456. penitus extincta cessavit.

Ex prioris Stirpis adinitium Saeculi XVI. Fredericus
Fürstembergicus, quem Seniore[m] appellant, ditio-
nes Fürstembergicas, Comitatu Saeromontano, hinc-
que, quodajunt, incorporatis Dynastiis inferioribus
Trochtelfingana et Jungnariensi auctas post obi-
tum fratris sui Wilhelmi improlis solus omnes posse-
dit; quae post ejus obitum in tres ejus filios Christopho-
rum, Henricum, et Joachimum ita divisa fuerunt, ut

notu maximo Ditiones in Valle Kinzingana unicum
 Dynastis Mochringensi et Blumbergensi ex Landgra-
 viatu Baarensi: notu Secundo cetera ex modo dicto
 Landgraviatu: notu minimo Comitatus Saromontanus
 cum predictis duabus Dynastiis Inferioribus obtigerint;
 ab eo Stips seu Linea Heiligenbergensis fundata fuit,
 que an. 1718. unicum Principe Antonio Egone Elec-
 toratus Saxonici Gubernatore extineta est.

A notu maximo Kinziga-Valdensis seu Blumber-
 gensis fundatore, in Meßkirchensem per Vatislaum
 juniorem, et fratrem ejus Fridericum Rudolphum
 in Stühlingensem ramos iterum abeuntis hodie
 Principes et Landgravi Fürstembergii descendunt;
 quorum prior ramus cum anno 1744. in Principe
 Carolo Friderico Nicolao celebratissimi illius toto
 Imperio Principis Frobenii Ferdinandi Fürstenber-
 gio-Meßkirchensis filio longioris avi dignissimo
 desisset; quidquid terrarum Heiligenbergensis
 et Meßkirchensis familia in Imperio et Austria
 possederant, ad Stühlingensem devolutum est,
 quibus modo jure, ut vocant, primogeniturae im-
 perat S^{uus} Princeps Josephus Wilhelmus Ernest-
 us Maria tribus Imperatoribus Carolo VI. et VII.
 necnon Francisco I. a Consiliis Status intimis, et
 eorum ad Imperii Comitria Commissarius Primarius
 plena cum potestate delegatus.

Landgraviatus Stühlinganus hinc Boream versus
 Landgraviatu Baarensi, illinc versus austrum Bago
 Scaphusiano terminatur, ab Occasu et Meridie Lan-
 graviatum Kleggoviensem* confinem habet:

* Landgraviatus Kleg-
 govienensis. De illo
 infra Sect. VIII. no-
 bis est sermo, ubi
 vide.

Comitatus Heiligenbergensis fines ad Eorum Schyfa
 fluvius, ad Zephyrum Landgraviatus Nellenburgicus,
 ad austrum lacus Bodanicus, ad Boream Principatus
 Sigmaringanus constituent. Eius longitudo, si
 tractum ad illum pertinentem, qui tamen ante
 duo et quod excurrit saecula ab eo avulsus, a pre-
 potenti vicinis via facti, ut loquimur, hodie-
 dum adhuc detinetur, computes ad 5. miliaria
 porrigitur, latitudo vero ferme ad totidem.

Meßkirchensem iudem Principatus ac Comi-
 tatus ubique circumscribunt, nisi ubi versus

orientem Dynastia Gundelfingana conteminitus est.
 Praecipui, qui Ditiones Trüstenbergicas per-
 flunt fluvii sunt Danubius et Neccarus, qui
 in eo oriuntur, Kindicha, et Brega, quae ~~Exstia~~
 gissam ~~in~~ ~~con~~ ~~inter~~ ~~et~~ ~~Speiringer~~ ~~et~~ ~~Dasabis~~ im-
 mergitur, proxime Eschingianum Vicum Danu-
 bio immergitur. In eis notari merentur

1^o Ripplinsangia |: Ripplinsau seu Ripplinsau;
 medicati fontes, seu Acidula peralabres, ad quas
 astate quavis magnus est omnis conditionis perso-
 narum confluxus. Sita sunt in Dynastia Wol-
 facensi et confinibus Ducatus Wirtembergici milia-
 ri versus Occidentem à Freudenstadio, et duobus
 versis Aquilonem à Wolfachis.

Illarum Saturigine à Metallariis circum eam
 metalla fodientibus ante 70. et quod exurit, an-
 nos suffocata, sola earundem ingrata duntaxat
 superstit memoria, donec ante aliquot annos
 opera alterius Metallarii demis inventae abun-
 danter fluere coeperunt; tuncque statim magis
 S^mi Principis sumptibus vetera, quae circa illas
 erant, aedificia restaurata, novaque ampla et
 magnifica ingenti huc adventantium commoda
 exornata fuerunt, ita, ut locus modo exiguum
 quoddam Oppidum à situ sat amplo, et ambulacris
 manu conlitis perquam amoenum referre videa-
 tur.

Mille circiter ab eis versis Austrum passibus ex-
 tat ejusdem nominis exiguum Ordinis S. Benedicti
 Monasterium Diocesis Constantiensis et Abbatia
 S. Georgii in Sylva Herinia subditum, ac, ut
 ajunt, incorporatum. Ante Lutheri tempo-
 ra, et ubi S. Georgii Aeternum adhuc substitit
 vastissimum fuit, in eoque novi S. Georgii Almu-
 ni Novitiatum percurrere consueverant. Ho-
 dieum adhuc superest sub Abbate novi Monaste-
 ri Villingensis loco Abbatia San-georgiana
 substituta. In eo bini duntaxat sunt Religiosi,
 quorum unus Prior vocatur, alter vero parochiam
 eidem Monasterio annexam administrat.

2^o Wittichense seu Wittigense |: Wittichon | Or-
 dinis S. Clarae Virginum Coenobium, duobus circiter
 miliaribus ad Austrum à Ripplinsangia Diocesis

Constantiensis positum inter horridos montes angusto loco; à proximis fodinis argentariis aliisque metallicis, ex quibus tinctura caerulei coloris Berlinensi haud absimilis eruitur, percelebre. Idem perfluit seu potius subdecurrit rivus ita, ut pontis binarij-
lius littora jungentis speciem referre videatur.

Cœnobium hoc, quod quidem narrant, venerabilis quaedam Virgo humili quidem sed honesto loco nata Leutgardis nomine à Christo ipso sapienter ad hoc ei apparente juxta circa an. 1290. recens constructi et fundari curavit congestis hanc in rem variorum pi-
rum fidelium elemosinis.

In eo proximum fieri Sorores testice Regulae S. Fran-
cisci, at an. 1376. juxta Gregorii Papae XI. S. Clarae Ordinem amplexae sunt, earumque Superior Ab-
batiali dignitate decorata fuit.

Ubi Lutheranismus Germaniam inundavit, frasco quidam brachii secularis adminiculo una-
cum uxore et liberis in hoc Monasterio domici-
lium suum fixit, necnon per duorum annorum
et quatuor mensium spatium demoratus est, tunc-
que, quod Abbatisa et unica Sanctimonialis, quae
remanserant, loco cedere nolent, expilatum dese-
ruit.

Monasterium istud Leonâ vice incendiis damna-
sensit, semperque restauratum fuit. In illius
Ecclesia sepulchrorum ostenditur scilicet venerabilis
Virginis Leutgardis, ad quod, et si ipsa nondum à
summa Sede Sanctorum albo sit inscripta, fre-
quentes fiunt, praesertim foeminarum praegnan-
tium et puerperarum, peregrinationes.

3^o Wolfachium ¶: Wolfach:| Urbs exigua pro-
pe Kirzicham, ubi ejusdem cum Urbe nominis
fluvius illi immergitur, sita in confinis Duca-
tus Wirtembergici 3. milliariis ad austrum à
Wittichensi Cœnobio. Residua pars est veteris Comita-
tus Hucacensis. In ea Princeps Wirtembergicus
amplius habet palatium non tamen ex omni parte
completum, cui perpulchrum junctum est virida-
rium. Anno 1703. Galli Urbem hanc occupaverunt.
Amplae Dynastiae nomen tribuit.

4^o Hucacum ¶: Hucach seu Hucach:| angusta admo-
dum Urbs ad dextram Kirzichae ripam posita mil-
liari ad Africum à Wolfachis. Olim Caput fuit

ejusdem sive nominis Comitatus. Ei impendebat Cas-
trum locus natalis serenissima Familia. Fürstenber-
gia, cujus adhuc supersunt ruinae quadam, et quod
Pavulo priori à Suevis, et sub initium praesentis à Gallis
dirutum una cum urbe conflavit.

Extra muros illius olim fuit Virginum Coenacium,
quod sive temporum sive hominum injuria deperit.
Euleria ipsius adhuc superest adeo angusta, ut Sacel-
lum distansat referre videatur.

Præteritis Gallis inter et Germanos bellis, hi propè
illam, et supra vicinos montes propugnacula habuerunt,
quæ Gallis per Sylvam nigram in Sueviam transitu
quodammodo arceant.

5^o Haslachium [; Hablarf.]; urbs exigua ad Kingi-
cham posita milliari ad occidentem ab Husaco. An.
1703. Galli in Sueviam moventes transeundo eam
occuparunt. Anno sequenti post pugnam Hocksta-
diensem Maximilianus Bavariae Dux Caesares vic-
tores fugiens eam incendit. In ea ante annos ali-
quot Statio vicedaria constituta fuit. Amplæ Satis
Dynastiae nomen tribuit. Extra muros S. Capu-
cini habent Monasterium, quod an. 1630. Fredericus
Rudolphus Comes Fürstenbergius votis genitoris
sui Christophori Satisfactoris fundavit, propriisque
sumptibus excitavit, perpetuamque iisdem veneran-
dis Patribus annonam constituit.

6^o Eschingianus Vicus seu Danubii Fontes [; Do-
naufyingen, Donkpfingen, et Honofingen.];
Amplum Oppidum cum Castro seu Palatio ordina-
ria Principum Fürstenbergio-Stühlingensium
Sede. Situ est milliari ad austrum à Villinga
urbe Austriacâ in Landgraviatu Baavensi positâ;
tribus ad austrum à Rotarilâ, et totidem versis
Boream à Scaphusio. In ipsa Palatii area Da-
nubius totius Germaniae inis Europa fluminum
Princeps haurit. In hoc Oppido etiam residet to-
tius Fürstenbergii Principatus Supremum Dicaste-
rium seu Regimen.

7^o Monasterium Auptusanum [; Demytshausen.];
Sanctimonialium Ordinis S. Benedicti sub cura et
directione Abbatis S. Georgii, qui modo Villingae
residet, Diocesis Constantiensis, inter Sylvas collo-
catum milliari et amplius ad orientem à Danubii
fontibus. Fundatorum veneratur S. Theodorum
tertium Abbatem San-Georgianum postea Episcopum

pum Metensem in Lotharingia, qui 700. utriusque
Sexus Religionis profuit, ac an. 1120. 29. Aprilis ad
Superos abiit in vitam et post mortem miraculis clarus.

Ad finem saeculi XI. pro alendis centum Virgini-
bus ab eo fundatum fuisse perhibetur. Annis in-
circa ducentis postea bellis horridis in deterius redac-
tum à Rudolpho Habsburgico restauratum, et à
Langraviis Fürstenbergis loci patronis tempore
Lutheri contra Duces Wirtembergicos acriter defen-
sum. Incompta Religiosa disciplina à primâ fun-
datione ad nostra usque tempora conservata laude ce-
lebratur. Ex eius Superioribus Maria Gertrudis
prima ad Abbatialem dignitatem priori saeculo ab
Abbate Georgio fuit erecta.

89. Novostadium seu Neostadium [Noustadt:]
Urbs admodum angusta posita in Hercinia Silva 7.
leuis gallicis ad ortum à Froiburgo Brisgoja.
Dynastia nomen impertit, estque in ea Statio
vicaria. B. Capuini huius etiam habent Coe-
nobium an. 1669. fundatum à Maximiliano Fran-
cisco Fürstenbergio-Stühlingensi Landgravio.

90. Villa pacis [Sordowiler seu Sordowesilow:]
Sanctimonialium Ordinis Cisterciensis Monasterium
Diocesis Constantiensis situm in Nigra Silva, et leu-
câ gallicâ ad eorum à Neostadio distitum.

Fundatum perhibetur an. 1123. à Joanne ex Baro-
nibus de Cimberem Monasterii S. Georgii in Hercinia
Sylva Abbate pro Monialibus Benedictinis, quod etsi
bina vice siliet an. 1299, et 1303. Martii Sabbato
sacro 1452. pridie Calendas Novembris, et an. 1499.
die 30. Martii Sabbato sancto ante Dominicam Pascha
conflagravit, tamen semper restauratum fuit, nec-
non sub curâ et directione Abbatum San-georgia-
norum apprimè floruit usque ad Lutheranismi
tempora, tunc enim Abbate et Monachis San-ge-
orgianis per Ducem Wirtembergicum à suo Monas-
terio exactis, et ipsum negligi coepit, atque tandem
ita in deterius abiit, ut, cum Abbas San-georgia-
nus, ne alienis intentus res suas omnino pessum ire
permitteret, juri visitationis ultro se abdicasset,
Fürstenius Fürstenbergius tanquam fundi Domi-
nus, ne loci memoria omnino deperiret, Presbyte-
rum saeculare, qui ibidem divina perageret, et
Oeconomum, qui, quae adhuc supererant, Monas-

terii bona curavit, constituit. Tandem ejus filius Henricus Fürstenbergius, cum unica Monialis Anna nomine ab an. 1557. in Monasterio Superspet, nec Benedictina, quibus viduatum Conobium redintegraretur, suppeterent, accitis e Luida valle (Luffon-Hal.) Monialibus Cisterciensibus hoc unicum bonis ad illud pertinentibus tradidit an. 1578. quod hodie dum sub cura Abbatis Tennenbaensis floret.

10^o Hufinga | Hufingon, Hufingon: | urbs parva cum duobus castellis, Lemmildari ad Austrum à Danubii fontibus disita. Caput est amplissime Toparchia, cui praest Toparcha sub se habens aliquot Consiliarios.

Præter hanc Toparchiam in Landgraviatu Fürstenbergio seu Baavensi tres adhuc amplæ Dynastia numerantur ejusdem cum Urbibus, in quibus Dynasta resident, nominis; scilicet Mochringensis, Blombergensis, et Löffingensis.

Milde ab Hufinga populus versus Ouarum Braunlinga distat, urbs anterioris Austriae exigua.

11^o Geisinga | Geisingen, Geisingen: | Urbs angusta ad ripam Danubii posita tribus ferme miliaribus versus Orientem ab Hufingâ. ~~Abbas~~ ~~Monasterium~~ ~~super~~ ~~re~~ ~~tab~~ ~~erit~~.

Non procul ab ea versus Curum Wartenbergense Castellum montanum visitur modo dirutum; olim Illustrissimorum Landgravorum Frederici hujusque filii Henrici sedes.

12^o Neidingum | Neidingon: | Oppidum, in quo extat Sanctimonialium Ordinis Cisterciensis Conobium ad dexteram Danubii ripam positum duobus ferme miliaribus ad Emsonotum a Danubio-

4 ad pedem Montis Principum
1: Fürstenberg: |
4 prope Hufingam

Erchingâ q. Monasterium hoc fundavit Landgravius Fürstenbergii; in ejus Ecclesia idem antiquam et ab aliquot jam saeculis sepulcrum habent, ac ibidem inter alios Carolus Landgravius Fürstenbergio-Mepsterehensis, in proelio, quod an. 1702. Germanos inter et Galos dimittit, interventus tumulum habuit. Anno quoque 888. abdicatus Imperator Carolus Crispus hic vitam posuisse dicitur.

Cum saeculo XVI. omnes hujus Conobii Moniales e vita deciperent, Henricus Landgravius Fürstenbergius an. 1584. ejusdem Ordinis Virgines, quas

Dux Palatinus-Moburgicus Lutheranismi Sectator acerrimus à Lavringans ipsorum Ancestris expulserat, in ibidem introduxit.

13^o Fürstembergica seu Mons Principis |: Fürstemberg |
 urbs cum Castro in eminenti monte posita duobus miliaribus versus Septentrionem à Scaphusia, ac olim, ex more munendi veterum, egregie munita. Castri equè ac munimentorum rudera hodiè ad huc extant. Wolfgangus Fürstembergicus Auci Vellaris Eques, Aulae Caesarea Praefectus, ac postmodum Caesareae Majestatis et Imperii Supremus Belli Dux Castorum hoc sub finem Saeculi XV. vel auxit vel saltem restauravit. Illis temporibus praeter Carochum Sacellani octo hie numerabantur, civium numero ultra quingentos ascendente.

Urbis haec olim ordinaria Landgravorum Fürstembergicorum Sedes fuit, atque ab ea cognominantur.

14^o Stuhlinga |: Stühlingen | Urbs exigua cum Arce ~~Arce~~ Caput ejusdem seu nominis Landgraviatus, sita in confiniis Cletgovia |: Albtal | milliaribus versus Caesarem à Scaphusia. Comitum Fürstembergicorum fuit usque ad medium circiter Saeculi XIII. tum enim post Conradum Comitem Fürstembergicum una cum hoc Tractu ad Comites Lepodunenses * |: Dir Grotzen Non Luff | devoluta est. Ubi autem horum proapia an. 1562. defuit, auctoritate Maximilianii II. Imperatoris ad Conradum Comitem Bapenheimensem pervenit, qui sine herede masculo decedens, eandem cum tota illius Ditione Francino Maximiliano ex filia sua Rudolphi Fürstembergii Coniuge Nepoti Testamento reliquit, cuius Successores Princeps Landgravia Fürstembergicostuhlingenses dicti fuerunt, ac postmodum Principum Imperii titulo et dignitate aucti sunt, et ad quos tandem, extincta, quod jam supra memoravimus, anno 1744. cum Principe Carolo Fürstembergic-Mepkirschensi familia, universa Domus Fürstembergica Dominia in persona Principis Josephi Wilhelmi Ernesti devoluta sunt.

Stuhlinga ab aliquot annis B. Capucini habent Hospitium.

15^o Enga seu Engena |: Engen, olim Enga et Engii |

* Comites Lepodunenses, à Lepoduno |: Luff |
 veteri et jam devastato Castro nomen habuerunt, quod in Fürstembergensi Dynastia Buttingensi ad fontes Elta |: Eltz |
 aequi fluvii, qui prope Buttingam in orbem Danubio misetur, situm erat. Olim Castrum hoc etiam speciali Comitatus nomen dedit. Illius meminit Ammianus Marcellinus, ipsumque ad Danubii Nivique fontes collocat.

his Castri | Hofenweil | Praefatus illam Stratagemate
occupavit, ac diripuit, quam postmodum Guederati
Protestantes Galis tradiderunt; hi, quod Capucino-
rum Conobium posset esse, hostium receptaculum,
judicantes, ibi an. 1643. iterum hlo apparuit. Pa-
tris isti vero in ipsam Urbem translati fuerunt, ubi
eisdem novum fuit excitatum Monasterium, cuius
Mouura an. 1658. completa fuit. An. 1644. Ba-
vari post quatuor mensium obsidionem illam ite-
rum receperunt. Anno 1647. vi conventionis
ulmae inter partes imita Suevis tradita fuit usque ad
pacem universalem ab ipsis possidenda, e qua dein
anno 1649. discesserunt. Anno 1703. 19. et 20. Ma-
ji Gali Suevicam Maximilianam Bavariae Duci
adversus Caesares supplicias laturi, moventes huc
Urbem, praeter alias exactiones, magnam pecuniarum
vim redemptionis incendii pretium imperarunt.

17. Salomonis Villa, Salem, Salenicum, Sala-
manes Wylare | Palmanweil, Palmonweyl,
et Palmedweil | per celebre liberum et immedia-
tum Imperii Monasterium Ordinis Cisterciensis Sala-
mitanum vulgo dictum, ad Achem | Gref | vicum
2. milliariis versus Orientem ab Uberlinga. situm.

A quibusdam Alemanni villa nuncupatur, quam-
vis haud ita antiquum sit, ut Alemanni nomen re-
dolere queat. Nomen illius quidam derivant a
magnifico et pretioso Salomonis Templo, quod ad
illius similitudinem conditum fuisse dicatur: et
vero ante magnum ibi incendium, quo an. 1697.
totum in flammis et cineres abiit, speciosissi-
mum pene omnium totius Germaniae Conobio-
rum fuit. Postmodum sub Abbate Stephano
a fundamentis restauratum fuit ita, ut, siue
magnificentiam siue amplitudinem spectes, nulli
cedere videatur. Alii denique Monasterium
hoc nomen accepisse volunt a Salomone pasto-
re quodam, qui sibi primum ibidem arduam
in Cratorium erexit.

Celebre hoc et opulentum Aseeterium funda-
tum perhibetur Vauro XII. sub Innocentio Papa
II. et Imperatore Lothario II. a Gunthero Ba-
rone de Adelsreutter, qui obiit anno 1138. postea
munificentissime completatum a pluribus Im-

Anno 1286. quidam Monachus Salemitanus Henricus Finck
 auxilio Bertholdi Comitis fundum liberaliter conferentis
 in hujus Montis Umbilico ad Angulum | Zimlich | vulgo
 dictum exiguum Ordinis Cisterciensis Conventum exita-
 rit, in quo antehac semper unus e Salemitanis Mona-
 chis habitare consuevit: modo nominis veteris quod-
 dam Sacellum ibidem superest rei divina faciendae
 antiquitatis unitatum. Hinc istuc etiam
 loci superioribus saeculis inclitum Tertii Ordinis
 Franciscanorum extitisse Conventum, quod tamen
 jam pridem, quorumque demum fato, penitus abro-
 gatum solum huius memoriam nobis reliquit. Anno
 1643. Castrum hoc Galli, anno 1644. Bavari et
 an. 1647. Galli demum occupaverunt.

19^o. Oßfendorffium | Oßfendorff | Urbs an-
 tiqua et Imperio immediate subiecta, in solo fer-
 tili ad Elbam | Elb | rivum posita 2. milliariis
 versus Aquilonem ab Heiligenbergâ. Hinc eam
 veteribus Filiomayum dictam fuisse. Quidam
 quoque autumant eam esse Stolomai Bragodu-
rum. Olim proprios suos Comites habuit, qui
 palatium suum eo loco habuerunt, ubi nunc pati-
 bulum est. Anno 1132. illorum unus Au-
 gustus Diutis Abbas fuit. Ultimus nomine Rudolphus
 an. 1180. Imperatori Frederico I. Comitatum suum tra-
 didit: ipsius filia et heres equidem nupsit Adelber-
 to III. Comiti Halomurgico, cui aliunde Imperator sa-
 tisfecit. Tota Romano-Catholica est, ac in
 illa duo numerantur Sanctimonialium Monaste-
 ria unum Ordinis S. Dominici, alterum Tertiae
 Regulae S. Francisci.

20^o. Meskirchium | Meskirch, Möschiros | Urbs
 enigma unicum Arce ad Elbam | Elb | fluvium
 sita milliari ad Canum à Oßfendorffio.
 Sedes fuit Principum Fürstenbergis-Meskirchensium,
 quorum ultimus Carolus an. 1744. e vita improles
 excedens Principatum suum Familiae Stühlinguae
 reliquit. Extra muros Capucini Monasterii

unum habent, quod fundavit et propriis ex-
 pensis construxerunt Germani fratres Fürstenber-
 gii Franciscus Christophorus fundi Dominus, et Fro-
 benius Maria Metropolitana et Cathedralis Eule-

liarum Coloniensis et Argentina Canonici. Primus lapis positus est an. 1661. 4. Octobris, et an. 1665. 21. Septembris structura ibius completa fuit.

21^o Trochtelfinga (i. Forstholzfingam) Urbs exigua cum Arce et Dynastia, Sigmarsensem inter et Hechingensem Principatus Eobersenses sita 2. leuis gallicis ad Eurobotum ab Hechinga. Partis est Veteris Wendenbergensis Comitatus.

22^o. Nec hic omittendum est Tiedelheimense seu Riederense (i. Riederon) Canoniorum Regularium Ordinis S. Augustini Cenobium ad fauces Sylva Hercinica in ejusdem nominis Oppido seu Vico locolatis amoenos hinc tribus leuis gallicis versus Orientem a celebri et principali S. Blasii Monasterio Benedictino, fundatum an. 1152. Sub Imperatore Conrado III. et paulo ante eius obitum a Marquardo a Weissenburg aucta Nobilitatis viris, quod variis privilegiis Summi Pontifices et Imperatores auaserunt. Tandem an. 1520. postquam totum unum cum Templo in favillas abiisset, necnon Andreas Curer seu Murer illius tum temporis Praepositus, quod illud restauraret, multa debita contraxisset, miseriam latur Praeposituram suam in manus Abbatis Cautzlingensis sui pro tempore Visitatoris resignavit, qua ab eo tempore penes Abbates Cautzlingenses permansit, et an. 1638. pleno iure auctoritate Urbani Papae VIII. Monasterio ipsorum adjecta fuit.

In eodem Vico adest quoque ejusdem Ordinis Sequioris Sexus Monasterium an. 1350. a Conrado Riederensi Praeposito fundatum et erectum.

Sectio VIII.

De Comitatu seu Landgraviatu Sulzico seu Clatgoria,

Episcopatu Constantiensi, Comitatibus Montfortensi, Königseckensi, Wolfseckensi et Cellensi.

Hic iuxta horum Dominionum et Ditionum positionem, quibus interiacet Austriaca Suevia Praefectura, gradum facimus. Sit igitur

§. I.

De Clatgoria seu Landgraviatu Sulzico.

Clatgoria, Kliggoria, Pagnus, Litolbrigius, et Erenus, Helveticum (i. Alotgan, Clatgan, et Alngan, p.) exigua

Suevica Regio Rhenum inter et Silvam Herciniam posita; q. iuriter miliaria in longitudine aequat ab urbe Schaphusia sicut usque ad Vutacam |: Wutach:| fluvium, qui supra Waldstum Rhenus influit. Viri frumenti, et ferarum dives est. Antiquitus eidem imperarunt Comites Habsburgici Stirpis Lauffenburgeris; at ubi Rudolphus Comes Sultzeus, qui anno 1418. e vivis excessit, Joannis Comitis IV. Comitis Habsburgico-Lauffenburgeris filiam Ursulam nomine duxit uxorem, Regionem hanc per ipsam obtinuit, quae postmodum Landgraviatus Sultzeus |: in die Landgraaf-pfadt Dultz:| vocata est. Post mortem Landgravii Joannis Ludovici sua prosapia ultimi, quae accidit an. 1687. Landgraviatus hic amentente Leopoldo Imperatore ad illius primogenitam filiam Mariam Annam, quae Ferdinando Wilhelmo Eusebio Principi Schwartzembergeni nupsit, et ab ipsa ad suos filios devolutus est. Notatur hic

Tinga |: Pfunggen, Dinggen, Dinggen, Langgen:| Urbis angusta unicum Arce ad Vutacam |: Wutach:| fluvium posita, miliaria ad orientem à Waldstuta, Caput Landgraviatus. In ea est Regimen quae cui praesidet Supremus Toparcha, ac in Arce sedem habet.

§. II.

De Episcopatu Constantiensi.

Episcopatus Constantiensis |: ab Bisppim Costanz, seu Costanz et Constantz:| ab urbe Constantia sic dictus, ad quam Childobertus III. Austrariae Rex illum sub finem saeculi VII. ~~obstat Maximus Episcopo~~ à Vindobonissa |: Vindijf:| celebri olim Argovia Civitate, quae modo non nisi vicius exiguus est pagi Bernensis, transtulit, quo Episcopus Vindeliciae provinciae, in qua tunc jam multi fidem Christianam amplexi fuerant, vicinior esset. Postmodum Episcopatus iste adeo excrevit, ejusque jurisdictionis Ecclesiasticae eoque protensa fuit, ut omnium totius Germaniae Episcopatum habitus sit, quippe qui Sigismundi Imperatoris aetate 350. Monasteria, 1750. Parochias, et 17000. iuriter Presbyteros complexus fuerit. Et quamvis Ewinglianismus multa loca eidem in Helvetia ademerit, tamen adhuc totius Germaniae amplissimus existimatur, ac in 66. Decanatus distribuitur.

Episcopi Constantiensis Dominium saeculare satis

q. ~~omptis~~ ~~omptis~~ ~~omptis~~
+ Maximus

angustum est, quamquam cis et trans lacum Aeronianum
in Sueviam, scilicet et Helvetiam seu Turgoriam Helvetia
provinciam extendatur.

Inter alia mi-
noris nota loca in Suevia possidet Mersurgum, Mark-
dorfium, Augiam Divitum, Ceningam, &c. In Turgo-
ria vero Arbonam, Episcopi Culam, Stekbornam, &c.
Intra illius limites etiam alia comprehenduntur loca
qua nullatenus ab ipso pendent, ut sunt Constantia, Be-
ti Domus, Meinovia, &c. qua nihilominus una hic
expendimus. Igitur notatur

1^o Constantia: Costritz, Costantz, seu Constantz:
latis ampla, pulchra, jucunda, et ritu antiquo munita,
res non olim libera Imperialis Civitas in ipsis Helvetia
confiniis inter Laus Bodemicum et Cellensem in angu-
lo ad Rhenum, ubi hic e Superiori Lam effluens, mox
inferiori immergitur, in amoenissima et fertili regio-
ne sita 12. miliaribus communibus ad Aquilonem a
Tiguro, 16. ad orientem a Basilea sub gr. long. 31. m.
10. lat. 47. m. 27.

A Constantio Choro Constantini Magni Imperatoris
patre condita dicitur et munita, et Romanis propu-
gnaculum esset adversus Alemannos an. salut. 229.
et hoc nomine Constantia dicta. Equidem ajunt
aliqui jam ante Constantium hunc, et sub Severo
Imperatore circa an. Chr. 196. hic loci in Rheno-
Castro munitum stetit a Turgoria Praefecto
excitatum et a Romanis Castellum aquarum voca-
tum: verum id sine fundamento profertur. Nec mi-
nus incertum est, num Constantia sit Antonini
Vitodurum, aut Ptolomaei Gannodurum. Vitodu-
rum seu Vitodurum tamen eam dictam fuisse fidem
facere videtur Inscripctio mutilata et marmoris incisa
que in Ecclesia Cathedrali et in Saeculo S. Blasi legitur
his verbis:

Imp. Cos. G. Aure. Val.
Dionetian. Aug. Pont. Max.
Sar. Max. Pers. Max. Trib. Pot.
XI. Imp. Cos. V. C. C. et
Imp. Cos. M. Aur. Val. Maximilian.
Aug. Pont. Max. Sar.
Max. Pers. Max. Trib. Pot. X.

Imp. VIII. Cos. III. P. P. et Imp.
 Nual. Constantius. et Gal.
 Val. Maximianus.
 Cos. Murum Vitidurensem
 a Solo Restant.
 Cos. Aurelio Proculo. V. C.
 Proc. in Helvetis.

Quidam suspicantur illam initio Harudem sive
Harudopolim à finitimo quodam Alemannico popu-
 lo nuncupatam fuisse, quod aequè incertum est ac
 an Valeria seu Turgajorum Augusta vocata fue-
 rit, antequam Constantia nomen adeptā sit.

Sæculo V. sub Imperatoribus Valentiniano et
 Martino Civitas hæc ab Alemannis devastata fuit,
 et postmodum ab Attila Hunnorum Rege penitus
 excisa; sic adeò defecit, ut vicus duntaxat eva-
 serit; ac ne restauraretur obstetit (Cordovici I. Fran-
 corum Regis decretum, quo devictis Alemannis ve-
 nuit, ne devastata Germaniae Urbes demò muni-
 rentur. Constantia ergo vicus permansit usque
 ad tempora Childberti III. Austrasia Regis, qui
 sub finem sæculi VII. Sedem Episcopalem à Vindo-
 nissa huc transtulit. Ubi igitur Sedes hæc Cons-
 tantia erecta fuit, tum ipsa spectabilis fieri ac
 muris cingi coepit, quamvis certum omnino haud
 sit, quando et à quo id factum sit: quidam ~~omnes~~
 id sub Dagoberto II. Austrasia Rege Childberti III. fi-
 lis factum ajunt.

Anno 1511. Tumultus hic excitatus est; Magistratus
 namque ad foedus Helveticum accedere, Cives vero, procer-
 tum bisectorum Tribus, penes Imperium remanere vo-
 lebant, his Maximilianus I. Imperator patrocinatus
 est, tumultus auctoribus mulctatis. Cùm anno
 1520. in vicinâ Helvetiâ famosus Zwinglius nova sue
 Religionis fundamenta jecisset, eandem quoque Cons-
 tantianenses magno Episcopi sui more seorsim adopta-
 vere, qua cum anno 1526. apud ipsos omnino invaluisset,
 Cathedralis Ecclesia Canonici Civitate egredi compulsi
 sunt, quos anno sequenti alii Collegiarum Ecclesia-
 rum Canonici et Presbyteri omnes secuti sunt; et Epis-
 copale Consistorium Rätolphi-Cellam Landgraviatus
 Kellenburgensis, urbem in extrema Læus Altoniani, qui

hic ab ipsa Caesare vocatur, parte seu lingua
positam translatum fuit. Monachi quoque omnes à suis
Cœnobis ejeti in exilium amandati fuerunt. Tum Civi-
tas foederi Sehanaldio auscit, quod cum Carolus V. Impera-
tor dissipasset, paulò post ipsam libertatem suam amisit,
ac primum ei injunctum, ut formulam Interim accepta-
ret, quod cum facere renuisset, Caravæi tentato in illam
ex parte Caesaris impetu à Civibus strenue se defendentibus
repulsi fuere. Deinde decessit hœorum quingentis unum
Duce suo Chiliancha Alphonso Viced Hispano. Inde ab
Imperatore perempta fuit, ac an. 1548. illam occupavit
et fratri suo Ferdinando tradidit, tumque amissa li-
bertate sua Domini Austriacæ frustra obnitentibus In-
perii et Circuli Suevici Statibus hereditaria facta est. Ec-
clesiæ Ecclesiastici omnes demò revocati fuerunt, illaque ad
Catholicam sœvam reducta.

Constantia populosa est, et admodum opulenta satis-
que frequens exercet commercium. In ea etiam multi
Nobiles familia numerantur. Tres portas habet,
eique Suburbium jungitur. Præter Ecclesiam Cæthe-
dralem adfunt bina Collegiata scilicet ad S. Stepha-
num et ad S. Joannem. Bina Parochiales una S. Jo-
sephi altera S. Pauli. Aliquot Monasteria, ut
Dominicanorum, quod velut in insula positum Civi-
tati ponte jungitur. In eo sepultus jacet famosus
Emanuel Chrysoloras, qui an. 1389. à Turcis è Græciâ
in Italiam pulsus à Joanne Balealogo Imperatore
Constantinopolitano ad Angliam, Galliam Reges, alios-
que Italiæ et aliarum nationum Principes Delegatus
fuerat, ut auxilium adversus Turcas Christiani nomi-
nis hostes infensissimos imploraret. B. B. Minorum
Conventualium Ordinis S. Francisci an. 1250. funda-
tum, in cujus Templi Choro an. 1417. 26. Septembris
Cardinalis Zabarella alias Florentinus Dicitur, qui
Concilio hic celebrato interfuerat, atque in ipso vitam
posuerat, sepultus est. Eremitarum S. Augusti-
ni exortum an. 1234. an. 1418. Patres Concilii eo-
finito ad hoc Monasterium se contulerunt, atque in
eius Templo gratias Deo ratulerunt. B. B. Capucini
in Suburbio, e loco, ubi Joannes Huss combustus fuit, Con-
ventum habent. Adfunt quoque bina Sanctimoniu-
lium Ordinis S. Dominici Cœnobicia, S. Petri scilicet, et
S. Sophia. Denique Jemita splendidissimum habent

in eâ Collegium. Inter Secularia adificia videri merentur Domus Mercatoria, in qua Concilium celebratum est; Basilica Civilis, et Granarium.

Constantia. Ludus Equestris, vulgò Torneamentum, quod ordine testium fuit, et annis 1043. 1142. 1153. 1183. et 1507. Comitibus Imperii acta fuisse. Aliquot etiam Concilia hic celebrata memorantur, ut an. 1044. sub Imperatore Henrico III. in qua pax Germaniae confirmata fuit. an. 1094. ab Episcopo Gebhardo tanquam Papae Legato, in quo praecipue de reformandâ Ecclesia disciplina actum est. At longè celeberrimum fuit illud, quod an. 1414. 16. Novembris sub Imperatore Sigismundo inchoatum et an. 1418. 12. Aprilis finitum fuit; in quo tres de Capatu contententes deponiti fuerunt, novusque electus, qui Martinus V. appellari voluit. Joannis Wicleffi Presbyteri Angli memoria damnata, Joannes Huss, à quo Hussitas Bohemiae heretici dicti sunt, et Hieronymus de Braga professione Medicus ejusdem Wicleffi dogmata propugnantes vivi combusti fuerunt.

Anno 1533. à Septimâ Septembris usque ad quintam octobris à Suecico Bedivine Hornio Constantia in vânum fuit obsessa. ubi ~~quasi~~ an. 1577. Galli Trevirorum Burgum Brisgoja urbem occupaverunt, Universitas inde huc translata est, quae post pacem Rirvicensem demum illuc rediit. In ultimo Successionis Austriacae bello Galli pro Duce Bavariae seu Imperatoris Carolo VII. occupaverunt, sed ab Austriacis post spoliato ipsius Ornamentariis receperunt.

2^o Oeninga, Oeningum | Oningon | Oppidum olim Caput ejusdem nominis Comitatus, cujus Domini Comites Oeningenses nominati sunt, quorum prosapia circa an. 1430. desisse dicitur, Semi miliaris à Steinio antehac Hegovia Urbe. nunc Ditionis Signinae situm locus amoenissimus in edita valle et fertilissimis terrarum tractu ad Rhenum, ubi ex Inferiori Laua Aeroniano effluit. Eidem jungitur Antiquissimum Canoniorum Regularium Ordinis S. Augustini Collegium seu Praepositura fundata an. 968. à Chunone Comite Oeningensi. Celebre Collegium seu Monasterium hoc proprios suos habuit Praepositos usque ad an. 1534. Tunc enim auctoritate et consensu cum Pontificio tum Caesareo pleno jure subditum est, quod ajunt, in corpore

ratum fuit mensa Episcopi Constantiensis in supple-
mentum scilicet multorum reddituum à Winglianis
aliisque multifariam hinc inde Episcopatu subtrahito-
rum, ea tamen conditione, ut perpetuis futuris tem-
poribus in eo essent et alerentur certo numero Regulares
Canonici. Ab eo tempore Episcopi Constantienses Oe-
ninga Domini appellari voluerunt.

Quidam asserunt Monasterium istud primitus Monachis
Benedictinis traditum fuisse, quibus deinde circa annum
1100. successerint Canonici Regulares S. Augustini. Ve-
rùm illius fundationis Bulla an. 965. edita opinionem
hanc falsi convincit, ut in qua nulla Monachorum
Benedictinorum sed Canonicoꝝ Regularium men-
tionem facit.

3^o Augia Dives ~~in~~ Statibus Augia | Rouffonais
seu Rouffonais:| Celeberrimum olim et spectatissimum
Ordinis S. Benedicti Monasterium circa an. 724. à
S. Bonifacio * Meldensi in Gallia Episcopo, qui an. 720.
Suam Sindelai Germaniae Praefecti à Gregorio Papa
II. illuc missus ubique Evangelicæ doctrinae semina
sparsit multis ex Idololatria tenebris ad fidei lucem
reductis, fundatum auxilio et subidio Caroli Mar-
telli Caroli Magni Avii, et ab ipso multis pingui-
busque redditibus ditatum; in exigua sed amœna et fer-
tili Insula intra ramum Laris Constantiensis seu
Cedensis Sita, cujus longitudo est unius milliariis
latitudo autem dimidii.

Monasterium istud brevi tempore opibus adeo potens
evasit, ut inter opulentissima totius Germaniae Mo-
nasteria recensitum sit. Unde factum, ut Augia
Dives nomen pari coepit, cum prius à Sindelao
seu Sintlas Germaniae Praefecto, ~~indignis~~ Imbayer
Wernheri, Sindlesana, seu Sintlesana; Sindlesana
seu Sintlesana ~~indignis~~ Imbayer qui Insulam hanc S. Bonifacio
excultandam et incolendam dederat, Sindlesana
seu Sintlesana vel Sintlesana Augia | Sintlesana
seu Sintlesana | vocaretur.

Abbas hujus Monasterii inter suos Clientes fide-
ciarios, seu, ut vocant, Vasallos 500. numerabat No-
biles, necnon annuatim 60000. aureorum redditus ha-
buisset, et Romam petens singulis noctibus in suo pro-
prio domicilio, quoad Romam attingeret, ubi po-

* Obiit S. Bonifacius
Horrenbachis
| Horrenbach:| in Mo-
nasterio ibidem à
se condito an. circi-
ter 755. 3. Novemb.
miraculis clarus.
Horrenbachia autem
Urbs est et castorū
in Ducatu Bipontino
in confinis Lo-
tharingia, et non
procul ab Urbe Bi-
pontio. In ea igitur
existit Monasterium
Benedictinum an.
740. à S. Bonifacio
excultatum annis
hujus Urbis Bonifacii
Wernheri. Ante
huc Gammundum vo-
cabatur. tempore
Lutheri mutatum
fuit in gymnasium,
quod postea Bipon-
tium translatum est.

tuisse dicitur. Eidem etiam tota Ulmensis Respublica subdita erat, prout supra, ubi nobis de Ulma sermo fuit, annotavimus.

Fuit etiam hoc Monasterium Schola eruditionis celeberrima. In eadem primitus non nisi Principes, Comites, ac Barones admitti solebant, ut illi à primâ infantia usque ad adolescentia tempora educerentur et erudirentur. Equitum vero ac Civium liberi nulli admittentur: erat igitur Principum Juntas et sublimi stipe natorum Schola et pedagogium.

Debit etiam hoc Cenobium plurimis Germaniae Cathedralibus Eulasis Episcopos, imprimis Constantiensi et Argentoratensi, praecipue autem Ratisbonensi S. Wolfgangum. Universim tamen Archiepiscopi, et triginta Episcopi, praeter alios, quorum nomina vel Sedes Episcopales ignorantur, ex eo admitti memorantur, et ex quibus praesertim ad conversionem gentium ordinati fuerunt. Fuit praeterea Schola virtutis celeberrima, necnon asyllum publicum, Civitas refugii, et portus salutis maximorum Principum et Imperii Procerum, qui se se castatim ibidem Sanctissimis Divi Benedicti legibus devovebant, ex quibus plurimi egregia et admirabili vita sanctitate excoluerunt.

At sub initium Saeculi XV. tota Germania percelebre Monasterium hoc deplorabili fato quodam inopulentiâ aquae ac regulari observantiâ deficere coepit, semperque in deteriori abiit; et quamvis post initium Saeculi XVI. Abbas Fredericus ex Baronibus de Warthenberg omnem, ut ajunt, lapidem moverit, quò illud antiquo splendori restitueret, post ejus mortem tamen omnia denuò susque deque versa sunt. Tum Joannes de Wepa Episcopus Constantiensis hujus nominis VI. occasione ~~capta~~ anno Chr. 1536. arrepta sub praetextu, quòd ipsius proventus multarum et magnarum provinciarum, quae novas et religioni Catholicae contrarias opiniones adoptaverant, à sua Diocesi secesserant, minimum quantum imminuti fuissent, à Summo Pontifice et Imperatore facultatem obtinuit sibi suaque mensae Monasterium hoc unicum praedictis et redditibus suis adjiciendi, et ut ajunt, incorporandi, eâ conditione et pacto, ut prior et antiquus Ordo Monasticus à certo quodam Monachorum sub Breve Claustrali

numero, quibus victus et amictus, ceteraque ad vitam ne-
cessaria tribuerentur, perpetuis futuris temporibus
ibidem inviolabiliter observaretur: ~~Ita legendum~~
~~supra ad idem tractatum de Germania celebrati. Bene-~~
~~dictinorum Anacleti in hoc fuit.~~

~~Ea, qua vivimus aetate, Monachi, sub obtentu,~~
~~quod pacta in traditione Monasterii sui et illius pro-~~
~~ventuum Episcopo facta utrinque iura, hactenus mini-~~
~~me servata, verum multoties violata et infracta fuis-~~
~~sent, graviter hac de re apud Sedem Apostolicam con-~~
~~questi sunt: lite etiam ad Imperatorem delata,~~
~~tandem Monachi ubique causa ceciderunt, dataque~~
~~à Sancta Sede Episcopo facultas, illos se submittere~~
~~venientes alio deportandi, aliosque ejusdem Ordinis~~
~~et Instituti Religiosos eisdem ibi substituendi; quod~~
~~armata manu factum est. Monachi tamen~~
~~nequum desistentes causam suam Ratisbonam ad~~
~~Imperii Comitia detulerunt, ubi, dum haec scribi-~~
~~mus, adhuc pendet et ventilatur. tandem~~

Igitur anno Chr. 1538. vel ut alii volunt, 1540. Sa-
cta Maro de Kœrtingen Abbati inter regulares ordi-
ne quinquagesimo et ultimo certâ ad dies vita pen-
sione et vitalitio, idem Joannes Episcopus hujus Mo-
nasterii et bonorum ejus possessionem arripuit. Et
haec legenda hujus aedâ per totam Germaniam ce-
lebrati Benedictinorum Arceterii tandem hoc fuit.

Ea, qua vivimus aetate, Monachi, sub obtentu,
quod pacta in traditione Monasterii sui et illius pro-
ventuum Episcopo facta utrinque iura, hactenus mini-
me servata, verum multoties violata et infracta fuis-
sent, graviter hac de re apud Sedem Apostolicam con-
questi sunt: lite etiam ad Imperatorem delata,
tandem Monachi ubique causa ceciderunt, dataque
à Sancta Sede Episcopo facultas, illos se submittere
venientes alio deportandi, aliosque ejusdem Ordinis
et Instituti Religiosos eisdem ibi substituendi; quod
armata manu factum est. Monachi tamen
nequum desistentes causam suam Ratisbonam ad
Imperii Comitia detulerunt, ubi, dum haec scribi-
mus, adhuc pendet et ventilatur. ~~tandem~~

In hujus Monasterii Templo, quod S. Joannis dici-
tur, tumulus conitur Imperatoris Caroli Craspi, qui
postquam an. 887. propter suam imbecillitatem stupen-
dâ revolutione, cujus in historia vix verbum legitur
exemplum, ab omnibus derelictus, et ad summam eges-
tatem redactus, Reidingi seu Negdundi Landgravia-
tus Fürstenbergii Urbe ad Danubium sita 12. Januarii
an. 888. vitam finivit moerore, vel, ut quidam suppi-
cantur, veneno oppressus. Eius corpus huc salatum
sine ullâ solemnitate aut caeremoniâ terra man-
datum fuit. Paulo XIII. ipsius Sepulchrum repa-
ratum fuit, eique sequens Epitaphium superpositum:

Carolus Craspi, Rex Sueviae, Brunepos
Caroli Magni, Italiam potenter intravit,
câmq; Perivit.
Imperium Romanum Caesar coronatus

Obtinuit; ac mortuo fratre Ludovico, uni-
versam Germaniam et Galiam jure heredi-
tario acquisivit.

Demum animo, mente et corpore deficiens,
ab Imperio, sane magno cum fortuna ludibrio,
dejectus, à suis omnibus postpositus, humili
hoc loco sepultus jacet.

Obiit anno Dom. DCCCLXXXVIII. Idib. Jan.

Hic etiam asseratur ingens Smaragdus à Carolo
Magno Monachis dono datus. Regulis ligneis inclusus
est ac triangulum obtusum refert, cujus basis ultra
pedem, latera vero ad semipedem Geometricum pro-
tenduntur; ejus crassitudo est duorum pollicum, et
transversum fissus est; pondus illius est 28 librarum
et trium quadrantum; ajuntque à gemmaris pro
qualibet libra 50000. florenorum oblata fuisse. At
quidam gemmarum periti dubitant, num lapis iste
verus Smaragdus sit.

Contendunt Monachi S. Mariæ Evangelistæ corpus,
quod Veneti possidere se tuentur, penes ipsos assera-
ri; unde quoties in divinis Officiis Evangelium ali-
quod ex S. Marci sermone decantant aut recitant
non dicunt Evangelium secundum Marcum sed
secundum istum digito monstrantes tumulum,
in quo requiescere ab ipsis creditur. Ostendunt eti-
am inter alia binas hydrias, quas ex illis se fuisse
ajunt, in quibus Christus Dominus aquam in vinum
in nuptiis, que in Cana Galilæa celebrata sunt, con-
vertit.

Quidam memorant in hac Insulâ nidos esse ser-
pentes, lacertos, et bufones, et si tale aliquod ani-
mal aliunde in eam affertur, illud statim interire;
sed hoc falsum est, cum nullibi forte tanta hujus-
modi animalium copia reperiat, ajunt ta-
men serpentes etiam à pueris attritari, quin
eis nocent. Ibidem olim Herulis Aleman-
nici à Germanis culti Statua ærea fuit, quam
Maximilianus I. Imperator an. 1511. Venipontium
transferri curavit.

4^o Petri Domus seu Petershausen (Zobrod-
hausen seu Zotrolingau) Oppidum munitum, in
quo jus prævici Domini Austriacæ competit, in me-

dis anguli quem Constantiensis et Cellensis Laus efficiunt à regione Constantia ad Rheni ripam, qui hic ponte jun- gitur litum, et velut urbis hujus Suburbium est.

Nomen habet à celebri et immediato Imperiali Mo- nasterio Benedictino intra muros suos collocato, quod et ibi Dominatur. Ajunt Monasterium hoc sic dictum fuisse à quodam nauta, cui nomen Be- truz fuit, ac ibidem domum suam habuit.

Fundatum et munificentissime dotatum fuit an. Chr. 980. à S. Gebhardo II. Episcopo Constantien- si à Comitibus Brigantinis pro Monachis Be- nedictinis à Cella Meginradi, nunc Principali Monasterio Einsidleni huc accitis. Fundatio- nem hanc confirmavit Joannes Papa XV. Grego- rius vero Papa V. Monasterium hoc in specialem Ro- mane Sedis tutelam aspexit; nec non Impera- tores successivè elegantibus pradiis et eximiiis im- munitatibus ac privilegiis auxerunt.

Anno Christi 1159. totum in cineres abiit, cum jam prius plura et gravia saepius incommoda, devastatio- nes, et fortunam plusquam inimicam, qua Henrici Sacromontani Comitis scelere direptum et capila- tum miserè fuerat, passum esset. Idem tamen restituit Theodericus Comes Kyburgius loci Abbas, et suffragante plurimum Gebhardo Zaringio eò non multò post splendoris provectum est, ut in- ter praecipua Monasteria Benedictina emineret, et opibus non solum, sed et viris pietate ac scientià celebribus abundaret. Usque octoginta Monachi in eo olim numerati fuerunt. Nec minis hodieum adhuc floret, quamvis non tantus sit in eo religio- sorum numerus. Abbas illius lectiam Abbatem Monasterii S. Georgii, quod olim in Steinio (i. Stein:) urbe nunc ditionis Tigurinae extitit, atque à Zwing- glianismò extinctum est.

S. Meinovia (i. Moirau seu Moiraw:) Insula in Lauo Avonio Lemmiliari ad Septentrionem à Cons- tantia versus Uberlingam posita. Idam occupat munitum Ordinis Equestris Teutonici Domicilium seu Beneficium. Antiquitè sedes fuit Praeno- bilis familiae de Langenstein. Arnoldus de Langen- stein hujus Stirpis ultimus, qui et hujus Ordinis membrum fuit, eidem suo Ordini circa an. 1282. annuente Alberto Austriae Ducis Abbate, cujus hanc insula feudum fuit,

illam perpetuo proprietatis titulo possidendam spontanea oblatione tradidit.

6.^o Marisburgum live Messpurgum |: Moorburg | Moorburg | Urbs et Sedes ordinaria live, ut ajunt, residentia Episcopi Constantiensis, ad lacum Bodanicum loco eminenti et jumento posita, 2. miliaris ad Carum à Buchonia.

Ajunt eam à Rege ~~Friderico~~ Galia Dagoberto excitam fuisse, ac postmodum ad Vetores Sueviae et Alemanniae Principes pervenisse; demum Comites de Nardoff in ea Sedem habuisse; tandemque Episcopos Constantienses illam potitos fuisse, ac in eam Sedem suam fixisse. Solum habet fœcundissimum et vini præsertim feracissimum.

In ea Moniales Ordinis S. Dominici habent Conobium, quod ante ipsas Virgines Ordinis S. Augustini incoluerunt. An. 1647. Succi Castellum huic Urbi impendens ac in alta rupe positum, in quo residere solebat Episcopus, incenderunt.

7.^o Marchdorfium |: Marchdorf | Urbs angusta miliaris versus Orientem à Marisburgo posita. B.P. Capucini post pacem Westphalicam Ravensburg, ubi Conventum habebant, per cives Lutheranos et Suecos, qui tunc ibi adhuc præsidium habebant, abacti ab Episcopo Constantiensi huc translati fuere, eisque Ecclesiam tali jactu ab Urbe distitam, et miraculosa Deipara Virginis divinum infantem inter ulnas tenentis Statuam peneslabram ac continuo accolarum opem supernam implorantium acursum frequentatam tradidit an. 1682. prope quam Monasterium ipsius excitatum fuit. Adest huic etiam Conventus Tertiariarum Sororum Franciscanarum an. 1689. huic è Berkenio villa Marchdorfio proxima translatarum.

8.^o Episcopi Cella |: Bischofszell | Urbs pulchra Turgaviae ad ripam Turæ |: Tur, Thur | fluminis ubi Sintrianus |: Sittro seu Zittro | in illud influit sita medio itinere à Constantia ad S. Gallum 3. miliaris communibus ad Occidentem ab Arbona.

Nomen et ortum huius Monasterii cuivam refert acceptum, quod circa an. 900. Salomon Episcopus Constantiensis ibidem fundavit, ad quod brevi post per multa familiae loci opportunitate illectæ confluxerunt ibique Sedem fixerunt, adeo ut jam circa

annum Chr. 940. Episcopi Cella elegans fuerit Oppidum, cui Otto I. Imperator quamdam immunitates impertivit. Successu temporis Monachi obiecto cumbo Canonici se voluerunt Abbatiamque suam Ecclesiam Collegiatam facerent. Paulo X. Oppidum hoc muris circumfuit et Ubs factum. Episcopo Constantiensi subiecta est, supremam tamen in eadem jurisdictionem Bago Helvetiae exercent. In ea Arx est, in qua Episcopi Dynosta seu Praefectus residat, qui mediam illius reddituum partem percipit. Bago Helvetiae, ut primum dictum, qui Turgavia imperant, supremum in ea habent dominium, suntque iudices, ubi quaedam Episcopum inter et Urbem orientur controversia.

Anno 1115. Ab Episcopo cuiusdam praedicti viro Nobili oppugnata fuit, et post 100. annos iterum redempta. Cum an. 1272. post mortem Bertholdi Abbatis S. galii conventuales ibidem circa novi Abbatis electionem haud convenire possent, iborumque pars una Ulricum de Guttinga*, altera Henricum de War-tenberga** elegerent, tum inter eos ~~comis~~ amicitia deestatum est, qua occasione Guttingenses Episcopi eadem diriperunt, et incendunt. An. 1405. et 1407. ab Abbatibus celsensibus et Sangallensibus occupata fuit. An. 1419. in flammis abiit. An. 1529. mense Januario Catholici Protestantium Religio-nem hic suppresserunt. Episcopi Cella magnorum virorum patria est, ut, inter alios, Theodori Bibliandri celeberrimi inter Protestantes Theologi et Philosophi, Zwingeri, Joannis Jungi, Philippi Scherpii, et Melchioris Goldasti, cui Historia Helvetica multum debet.

9. Arbona, Aeronium, et Arbor Felix |: Dubon, et Dubon |: Urbs vetus Helvetiae, tribus ferme mil-lariis ad orientem ab Episcopocella distans. Ibius vetus nomen Arbor Felix in Itinerario Antonini legitur. Ammianus Marcellinus ait Romanos perpetua hic suorum militum castra habuisse, et Gratianum Imperatorem, ubi à Gallia in Illyri-cum profectus est, Digressum per Castra fuisse, qui-bus Felix Arboris nomen est. In Notitiis Impere-rii legitur Arbores fuisse Stationem Praefecti

* guttinga |: Guttingen | Arx et Bayus in Turgavia ad Lacum Aeronium, cuius nomen olim quaedam Baronum familia gessit, quae extincta ad Episcopum Constantiensem peruenit.
 ** Wartenberga |: Wartenberg | Castri domus natalis ejusdem nominis Comitum in Argovia Helvetiae provincia et confinibus Sueviae.

Herulianae Cannoniorum Cohortis. Verisimile est urbem hanc sub Francorum Regibus celebrem fuisse, ut quae Metropolis fuit regionis illius, quae veteris Turgavia pars fuit, in hac Atonensi regione etiam excitatum fuit celebre S. Galli Coenobium, qui an. Chr. 627. vel 650. aut juxta Annales Benedictinos an. 668. Atona vitam posuit, prout in ejus vita, circa Saeculum IX. conscripta legitur.

Atona Dominis paruit, qui primum Comites, deinde Barones dicti sunt, extincta sub finem Saeculi XIII. illorum prosapia Episcopi Constantienses ea potiti sunt. Habet vetus Castrum à Romanis excitatum, in quo Episcopi Satrapa seu Praefectus residet. In eo etiam S. Gallus diem supremum obiit.

Equidem Episcopus Constantiensis hic saeculari jurisdictione gaudet; Supremum tamen hujus Urbis Dominium Regi Helvetiae sibi arrogat, in eaque jus praesidii habent.

Ipsa amplis fruitur privilegiis et immunitatibus, nec non forevere juxta est Decem Regis illis, qui Turgavia imperant; et ubi à Praefecto Episcopali Maleficus capitur, Magistratus causam illius instruit, fertque sententiam, et capitis poenam, cum illam meretur, in illum decernit.

Binae Religiones Catholica videlicet et Zwingliana liberè in ea exercentur. Equidem an. 1608. Episcopus Constantiensis Zwinglianos premere tentavit, at Regi Protestantes se se eidem opposuerunt, ac an. 1600. transactione constitutum fuit, ut Protestantes aequè ac Catholici ad munia publica admitterentur, illique Urbis Ruleriam soli quidem haberant, his vero Episcopus sumptibus suis extra muros propriam excitaret.

Anno 1648. Tigurini urbem hanc occupaverunt, in qua magnam annonae copiam adepti sunt, necnon praesidio ab ipsis munita fuit. Atona à novaulis et Scalpellis, quae in ea conficiuntur, celebris est.

10.º Münsterlinga (Münsterlingen) antiquissimum Virginum Ordinis S. Benedicti Monasterium in Turgavia ad ripam lacus Aconia situm deabus circumter lacus Gallicis ad Evonotum à Constantia. Fundatum dicitur circa an. Chr. 970. ab Angella Angliae Regum sanguine oriunda. Quidam ta-

men illud pro Sanctimonialibus Ordinis S. Augustini, quibus primum an. 1555. Benedictina Suffecta fuerint, à Gebardo testis post S. Conradum Constantiensi Episcopo, qui, postquam per 16. annos Episcopatum administrasset, an. 995. è vivis excessit, fundatum fuisse memorant.

Hodie ad huc claret sub tutela illorum Hebr-
tia. Pagorum, qui Turgavia dominantur.

ii^o Kreuzlinga seu Monasterium Kreuzlingense
! (Kreuzlingam!) liberum et immediatum olim Im-
periale Monasterium Ordinis Canoniorum Regula-
rium S. Augustini in Turgavia Helvetia provincia
ad lacum Aaronium, leuâ gallicâ circiter ad Euro-
notum à Constantiâ positum, non tam gratissimor-
lita suo iucundissimum, quam amplissimis redditibus
uberimum, et novis suis structuris splendidissimum.

Idius initium et origo antiqua est, ac proinde in-
certa. Opinatur aliqui S. Conradum Ducis Hen-
rici I. de Stirpe Gualphorum filium, qui an.
Chr. 934. Episcopus Constantiensis factus est, et an.
974. 26. Decemb. vitam posuit, extra Constantiam
Nosoromium Credelinam seu Kreuzlingam dictum,
simulque, quod olim et antiquis temporibus frequens
fuit, bina Coenobia unum pro Canonis Regularibus
S. Augustini, alterum pro ejusdem Ordinis Monialibus,
qui in illo Nosoromis utriusque Sexus infirmis inser-
virent, et necessaria subministrarent & quod, cum q̄ excitasse;
bellorum et Superiorum male domesticantium inju-
ria unacum sibi adjunctis duobus Coenobis penè col-
lapsum fuisset, S. Gebardus Wgonis sive Huzgonis
Rhetiae Comitis filius et S. Conradi post Gaminol-
phum in Episcopatu Constantiensi Successor unacum
Virginum Coenobio Münsterlingam transtulit ac
revers excitavit. Demum Sauro XII. et circa an.
1125. Udalricus ex Comitibus Kyburgensibus et Dilin-
gensibus Constantiensis Antistes hujus nominis III,
lorum, in quo S. Conradi Nosoromium at Monasteria
extiterunt innovare cupiens, ibidem pro iisdem
Canonis Regularibus Ordinis S. Augustini Coenobium
denovo excitavit, illudque veteri suo nomine Kreuz-
lingam vocari voluit, ac amplissimis ex patris

ile est
m p...
is Tur.
iam ca
n. Chr.
an. 887
leulu
s, d...
XIII.
t...
-que Ep
m S. Gal
i p...
onim
in hab
by, ne
gare
ius r...
e ha
to, in
le-
ip-
at
1600.
ne ar
e Ur-
isopu
t, in
uon
vauib
bis est
t...
terium
dealy
tantia
Angela
dem ta

nibus pro die et reditibus dotavit; adeo, ut tanquam
primus illius fundator celebratur. Idem Honorius Papa
III. non modo, sed et Henricus V. Imperator Solemni
Diplomate Argentorati 7. Idus Jan. 1125. edito confirma-
verunt.

An. 1449. Federati Svecici et Austriaci adversus Helve-
tios belligerantes Monasterium hoc incendierunt, quod
postea magnis sumptibus restauratum fuit. Ubi
Constantia novum Zwinglii Evangelium accepta est,
tum an. 1529. Religiosi Kreuzlingenses relicto suo Mo-
nasterio in Sueviam se receperunt, qui vi pacis publi-
cae an. 1531. regressi sunt. An. 1633. dum Sveci Cons-
tantiam obsidebant, Monasterium istud unicum Ecclē-
siae suae demum in cineres redactum fuit, ac inter vorares
flamas magna Crucifixi effigies omnino incolumis
perstitit, quam hodieum adhuc in medio altari collo-
catam est conspicere.

Kreuzlinga antehac inter Liberos et Immediatos
Imperii Status publicos recensita fuit; at ubi an. 1638.
Surgavia Landgraviatus ad Reges Helvetiae pervenit,
tum è solo Suevia. in fundum Helvetiae translata,
ac ipsorum tutela tradita est, hinc ab Imperio re-
cessit.

12^o Theophilia 1: Göttsborn: | Oppidum in Helve-
tia ad ripam Lacus Constantiensis seu Bodanici situm
milliari ad Curum à Constantia. In eo elegans
est Castellum in quo Joannes Hufz iussu Concilii an. 1415.
primum inclusus fuit, inde in Augiam Divitum transla-
tus, tandemque Constantiam reductus ibidem sententia
Concilii vivus crematus est.

Oppidum hoc unum Castro suo anno 934. Conradus
Episcopus Constantiensis à terra sua in Terram Sanc-
tam peregrinatione redire exiit dicitur. Qui-
dam tamen volunt Castellum primum an. 1257. ab Her-
ardo de Walpurg Constantiensis Episcopo constructum
fuisse. Laicumque seu Rhenum ibidem binis ponti-
bus junctum fuisse, atque in detrimentum Civitatis Cons-
tantiensis vectigal erectum fuisse, quos tamen, cum
res ad vota non cederet, ipse destitit curavit. Anno
1355. 1. Aprilis Conradus ab Thornburg Castellum hoc incen-
dit; et in bello Svecico an. 1499. Hugo Episcopus Cons-
tantiensis contra datam Helvetiis fidem, illud

Goederatis Suevis tradidit. In eo residet Episcopi Praefectus: Incola Zwinglianum profitentur.

13. Comatingum | Comatingum: | Vicus ad Lacum Bodanicum semi miliari à Theophilià positus. Ilum Carolus Martellus Regis Francia Major Dominus an. 725. Monasterio Augie Divitis tradidit, et Episcopus Constantiensis tanquam ejusdem Monasterii Abbas inferiorem, seu, ut vocant, Caspam habet jurisdictionem, altà penes Helvetios Turgavia Dominos subsistente. Hic an. 1499. 18. Aprilis pugnatum fuit inter Suevia Goederatos et Helvetios, ubi hi Goederatis horum 75. dentantur suffecerunt, vicusque in flammis abiit: at brevi post per totam Turgaviam sonatis aribus martis 1500. Helvetii convenere, ac in loco, qui vernaculè Deswader-Loefmunnepatur, tanto impetu in Suevos, quorum 9000. erant, irruperunt, ut amissis horum 1500. fugam capessere coacti sint.

14. Stakbara | Stakbaron: | Urbs Turgavia Constantiam inter et Stenium, ad ripam Lacus Constantiensis Lemni galicà ad Eurototum à Stenio posita. Spiciale, huc olim habuit Dominos, qui ab ipsa nomen gestarunt; ab his ad Kyburgensem familiam, post ad Domum Austriacam seu Habsburgicam, denique ad Monasterium Augie Divitis pervenit. Modo Episcopus Constantiensis tanquam ejusdem Monasterii Abbas ibi Dominatur, altà jurisdictione penes Helvetios Turgavia Dominos remanente.

§. III.

De Comitatu Montfortensi.

Comitatus Montfortensis | Dix Graffschaft Montfort: | Nomen habet à Castro, cui Monsfortis nomen, sito in Comitatu Brigantino Milliaribus ab Amiso | Rumb: | Oppido in Rhodana Valle. | Rpointfal: | ubi et Comitatus iste, jacet, quem Comites Montfortenses an. 1375. Domini Austriacae ceperunt, ejusque loco bina Dominia Tetnangense videlicet et Langenargense in Austriacà Provinciali Suevia Praefectura, et ad Lacum Bodanicum sita receperunt, ac modo Comitatus Montfortensis nomine veniunt; De quo hic nobis sermo.

Igitur hodiernus Comitatus Montfortensis, ad Orientem, Aquilonem et Occiduum Austriacà Suevia Praefectura, ad Austrum Lacu Aeronis clauditur. Ejus longitudo ab Austro ad Septentrionem est trium

milliariorum, Latitudo ab Occidente ad Orientem duo-
rum. In illo occurrit

1.^o Tetranga |: Tetrang, Tetrangon, et Tetrang: |
Urbs angusta duabus leuis gadiis ad Orientem à Bu-
choornia. Elegans in ea fuit Castellum, quod in 30.
annorum bello in flammam abiit: equidem restaura-
tum fuit sed non iuxta priorem suum splendorem.

2.^o Langenarga |: Langenargon: | Oppidum cum
Arce ad Argum |: Argum: | fluvium, qui ibidem lacui
Acronio immergitur, duabus leuis gadiis ad Euro-
tum à Buchornia situm. Ei imminet speciosum
Castellum seu Balatium ordinaria Comitum Sedes in
Lanis Insula positum, quod pons continenti jungit.

§. IV.

De Comitatu Koenigsceano Roten- felsensi.

Comitatus Koenigsceensis |: Dir graffschafft ~~Koenigs~~
Koenigsbach: | in Algovia situs est, ac quemadmo-
dum bifariam dividitur ac reparatim jacet, ita et à
binis ejusdem leui nominis Stropibus possidetur.

Partuna inter Landgraviatum Hürstenbergium,
et Comitatum Waldburgensem, non procul ab Uber-
linga ad Schuffam flumen sita est, et Comitatus
Koenigsceo-Aulendorffensis vocatur. Pars altera
sub Alpibus et in finibus Silvae Brigantine, non pro-
cul à Campidono ad Florum seu Glorum aut Hilarum
|: Floro: | fluvium posita est, ac Comitatus Koenigs-
ceo-Rotenfelsensis nuncupatur. De hoc nobis
num est sermo.

Longitudo hujus Comitatus ad 4. miliaria cum di-
midio, Latitudo ad tria ferme porrigitur. à Septentrio-
ne Comitatu Scilensi, ad Orientem et Austrum epis-
copatu Augustano, et ad Occidentem Comitatu Brigan-
tino clauditur. Notatur hæc

1.^o Rotenfelsia seu Rubra Rupes |: Rotenfels: | Cas-
trum in monte excelso seu Saxo positum 1500. passi-
bus ab Inestadio; domus natalis Comitum, et à quo
nominantur.

2.^o Inestadium |: Inestadt seu Inestadt, et In-
menstalt: | Urbs cum eleganti Castello ad Florum seu
Glorum |: Floro: | fluvium non procul à Rotenfelsia
4. leuis gadiis ad Austrum à Campidono posita,

Sedes Comitum. Soluna habet frumenti feracissimum, ad-
sunt etiam Vineta.

§. V.

De Comitatu Koenigseco-Aulendorffensi.

Comitatus Koenigseco-Aulendorffensis |: Dir Graffschafft
Königsh-~~sch~~-Aulendorff |: limites habet ad Aquilonem
Dominia Gundelfingense et Althusianum, ad Orien-
tem Comitatum Waldburgo-Wolffencensem, ad Meri-
diem Austriacam Suevia Praefecturam, et ad Occiden-
tem Langraviatum Fürstenbergium. Eius longitudo
est quatuor circiter miliarium, latitudo duorum. No-
tatur hic

1.^o Koenigsecum Castrum montanum ad Ablauum
|: Ablau |: duabus leuis gallicis ab Alschusio situm.
Excitatum fuit an. chr. 650. à Cunone Comite, ac ab
ipsius nomine Cunonis Castrum |: Cunond-~~sch~~ |: voca-
tum; ex quo subinde per litterarum abusum König-
sh, id est, Regis Castrum, et germanico-Latine
~~Koenigseco~~ Koenigsecum factum est. Est Domus
natalis ambarum Koenigseccensium prosapiaum,
atque eius nomine vocantur.

2.^o Aulendorffium |: Aulendorff |: Urbs cum Castello
ad Schuffam |: Deßiß |: flumen duabus leuis gallicis
ad Orientem ab Alschusio, Sedes Ordinaria Comitum Koe-
nigseco-Aulendorffensis.

§. VI.

De Comitatu Waldburgensi.

Comitatus Waldburgensis |: Dir Graffschafft Wald-
burg seu Waldburg |: varia completitur Dominia,
praecipue autem dividitur in Superiorem et Inferiorem;
Inferior situs est ad Danubium, atque ad Occidentem,
Austriam, et Orientem Landgraviatu Fürstenbergio,
et ad Aquilonem Danubio clauditur.

Superior vero ad Ilcum |: Ilco |: fluvium q. limites q. situs est,
que habet ad Orientem Principatum Campidonen-
sem et Dominium Reichenbergense, ad Austriam
Comitatum Koenigseco-Rotenfelsensem, ad Occi-
dentem Austriacam Suevia Praefecturam, et ad
Septentrionem Territorium Biberacense et quadam
alia Algoria loca. Continet bina Dominia
Wolffencense scilicet et Zeilense, quibus amba
horum Comitum familiae speciatim imperant,

quarum una Wolffacensis, altera vero Zeilensis vocan-
tur, quemadmodum ea, quae Superiorem Comitatum possi-
det speciali nomine Scherensis dicitur. Adhuc aliqui
Traubburgensem familiam à ceteris distinctam.

Comites isti S. R. I. Dapiferi sunt sive, ut ajunt, Truch-
sepii, quod munus extincta Schenecensi prosapia ab
Electore Palatino obtinuerunt; illius primam functio-
nem in Comitibus Ratisbonensibus an. 1594. obiit Chri-
stophorus Comes Waldpurg-Scherensis. Equidem
jam pridem antea Dapiferi sive Truchsepii appellati
fuerunt, at id illorum munus ultra Sueviam haud
extendebatur.

Comites hi à Waldburgo |: Waldburgo:| id est, Castro
Silvans nomen habent, quod non procul à Ravensbur-
go situm est in monte. In Inferiori Comi-
tatu occurrit.

1^o Schera |: Desro sive Desroo:| Urbs enigma cum
Arce, milliari et paulo amplius ad Orientem à Signa-
ringâ in confiniis Hohenzollereus Comitatus seu Prin-
cipatus posita. Caput est ditionis ejusdem seum
nominis. Idem Eberhardus Comes Sommebergensis
at Waldburgensis an. 1463. ab Imperatore Frederico
III. seu IV. emit, in qua postmodum ipse filius, an.
videlicet 1486. Arcem, quae adhuc superest, excitavit,
quae modo sedes est unius familiae Comitum Wald-
burgensium Truchsepiorum, quae Scherensis voca-
tur.

In Superiore Comitatu ad Wolffacensem fami-
liam pertinentia loca

2^o Friedberga |: Friedberg:| Arce cum ditione
milliari ad occidentem à Buchovio. Eam idem
Comes Eberhardus an. 1463. ab eodem Imperatore Fri-
derico Austriaco emit.

In Superiore Comitatu ad Wolffacensem fami-
liam praeter alia loca pertinent

1^o Wolffcum |: Wolffegg, Wolfforb, Wolff-
egg, et Wolfforb:| Castellum duabus leuis Galli-
is versus austrum à Waldsea. Sedes et domus
natalis familiae Wolffacensis, et à qua nomina-
tur.

2^o Waldsea seu Waldschum |: Waldyon, Waldh-
or:| Urbs angusta cum castello duabus leuis gabi-

eis à Wolfeno ad Schussam ꝑ. D. J. ꝑ. ꝑ. fluvium posita.
 In eâ est Conventum Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini ab Imperatore Frederico I. Anobardo fundatum an. 1191. In illius Ecclesia Comites Waldburgenses sepulturam habent. Ad istam etiam PP. Minorum Ordinis S. Francisci Recollectorum Monasterium an. 1649. excitatum. Moniales quoque Tertiaria Ordinis ejusdem S. Francisci huc Conventum possident, cui tres locos Begine initium dederunt, quarum posteræ Tertiam Ordinis S. Francisci Regulam amplectæ sunt. Anno 1634. 10. Januarii Suevi urbem hanc occupaverunt; et an. 1646. Turrenias Gallii exercitus Dux huc Castra metatus est.

Ad Zeilensem familiam præter alia loca spectant
 1º Zylenum seu Zeilum ꝑ. Zeil: ꝑ. Oppidum ad Aitracum ꝑ. Aitrach seu Rütach: ꝑ. fluvium miliarium versus Austrum à Wurzachis positum. Antiquitus Caput Comitatus fuit, cujus cum Domini sæculo XIII. defuissent, ipse ab Imperatore Ludovico Bavaro Joanni Trauchspis de Waldburg oppignoratus fuit, ac deinde à Carolo V. Imperatore ipsius prosapia in feodum Masculinum traditus factus est. Ab hoc Oppido quædam, quod jam annotavimus, Comitum Waldburgensium familia nomen habet.

2º Wurzachium ꝑ. Wurzach: ꝑ. Urbs parva sed elegans ad Aitracum flumen posita miliarium ad Austrum à Zyleno. Illam Joannes Trauchspis de Waldburg, qui Suevia Praefectus fuit, sæculo XIV. Domini huc adjunxit. In ea Castrum est Comitum Sedes.

3º Trauchburgum ꝑ. Trauchburg, Trauchburg, et Trauchburg: ꝑ. Arx et Dicitio miliarium ad Austrum ab Imâ. In ea quædam Comitum Waldburgensium Stips residet, et ab ea nomen trahit.

4º Addivimus huc ~~bestichero~~ Leskirchum, Leuthkircham, et olim Ectodurum ꝑ. Löwbrich, Löwbrich, Lüthbrich, ꝑ. Urbs exilis est caequa Imperialis et Libera intra fines Comitatus Zylensis et Principatus Campidonensis in ameno et salubri solo frumenti, pascuorum, Silvarum, et piscosorum lacuum ditite, ad Erbachium ꝑ. Erbach: ꝑ. flumen sita 3. miliaribus et semi versus Occidentem à Campidonâ.

is voca
 itum p
 hnt aliq
 utam.
 ajunt, Tr
 sapia ab
 fuerit
 bit (Chri
 Equitum
 appellati
 in head
 t, Castro
 hinc
 ori Comi
 qua um
 a. S. p
 de hia
 unquam
 regis
 nibus
 in
 itant,
 led-
 voca-
 fami-
 itione
 dem
 re tri-
 fami-
 Gallie
 omnia
 Metalt
 eum gub



Quidam arbitrantur illam civi auidam Romano, cui nomen Vilpratus fuit, initia sua debere, ut qui in monte vicino Castrum habuerit: at verisimilior est illorum opinio, qui censent illam ortum lynni et nomen ab antiquissima Ecclesia sua: Non ideo Altopfandorf: accepisse, que omnium circumjacentium populorum parochialis fuit. Equidem vetus hæc Ecclesia haud amplius catat, sed ejus loco anno 1519. alia excitata fuit, cujus navis 125. longa et 78. pedes lata est, choris vero pedes 55. longus, et 32. latus est. SS. Trinitatis dicatur, ejusque patronus est S. Martinus. Per tres portas ad eam patet aditus. Cives partim Lutherani partim Catholicii sunt; hi eam, quam modo descripsimus, Ecclesiam possident: Lutherani aliam habent an. 1615. ab ipsis adificatam, cujus longitudo est 125. latitudo 75. pedum.

Adest etiam Monialium Ordinis Tertiariarum S. Francis Monasterium, quod primitus Begina incoluerunt, quibus Moniales Ordinis Eremitarum S. Augustini successerunt. His ad unam omnibus gravissima hæc epidemia per totum Leuthkirchensem agrum horribiliter grassante sublatis Batres Augustiniani Memmingerenses Superlectilem omnem et quaque alia utensilia, que Sorores emeritæ reliquerant, sui juris fecerunt, vacuam habitationem Magistratui relicta. Tandem post plures annos et circa an. 1470. Cives acutis à Pasthenone Memmingsi Tertii Ordinis S. Francis Monialibus Conventum hoc tradiderunt incolendum, que adhuc ibidem subsistunt.

Leuthkircha varia eaque eximia à variis Imperatoribus obtinuit privilegia. Anno 1632. et 1646. à Suevis expilata fuit. Anno 1637. 700. animas hæc peste interierunt.

Sectio IX.

De Principatu Campidonensi, Dominio Mindelheimensi, Comitatu Truggerano, Principatu Hohenzollerensi, &c.

Ordo Suevia provinciarum postulat, ut modo et antequam ad eas, que domus Austriaca in Suevia possidet, progrediamur, reliquas Algovia regiones et loca Imperio immediate subjecta expendamus. Quod singulis SS. continemus.

S. I.

De Principatu Campidonensi.

Principatus Campidonensis: ad Sturzenheim Romptan: limites habet ad Austriam et Orientem.

Episcopatum Augustanum; ad Septentrionem Domini-
 um seu Principatum Mindelheimensem et Territorium
 Memmingense; ad Occidentem denique Comitatum Gyle-
 nensem seu Zeilensem. Eius longitudo ab oriente
 in orientem est sex circiter miliarium, et latitudo ab
 austro ad Aquilonem fere totidem. Notatur hic

1.º Abbatia seu Principale Monasterium Campidonense.
 Das Hünshliff Drißf Kompton 1) Ordinis S. Benedicti,
 exitatum dicitur et notatum ab Hildegarde Suevia Ducis
 Hildebrandi filia et Caroli Magni Imperatoris conjugis ter-
 tia ex propriis hereditariis bonis suis; ejusque fundamenta
 jacta an. 773. primum lapidem ponente Rolando Caroli
 Magni ex sorore Bertha nepote omnium Francigenarum
 fortissimo; De quo olim scriptores aliqui mira fabulati
 sunt, presentibus multis Principibus ac Nobilibus, et
 an. 777. 11. Maji Dominica Ascensionis sacra ab Hadriano
 I. Pontifice Maximo, qui tunc in Germaniam venerat,
 primus illius Abbas constitutus Andegarius seu Amelga-
 rius, quem dicti Rolandi filium fuisse dicunt; prout
 creditur ex Diplomate Caroli M. hac de re sub idem
 tempus emanato. Verum sunt, qui Diploma istud
 falsi postulunt, quod Stylum hujus Imperatoris etate
 veritatum minime redoleat; contenduntque illius
 fundatorem et primum Abbatem fuisse Theodorum,
 qui etate Pipini Francia Regis circa an. 750. super-
 fuit. Concedunt equidem Hildegardem Caroli Magni
 conjugem multa bona et pradia, imò forte integram
 suam dotem maternam eidem Monasterio contu-
 lisse.

In hoc Monasterium soli Nobiles admittuntur, et
 Henricus à Mittelberg illius Abbas XLVI. an. 1356. elec-
 tus ab Imperatore Carolo IV. an. 1360. S. R. I. Princeps
 creatus fuit. Capitulum viginti Nobiles Monachi
 constituunt. Ab omni jurisdictione Episcopi
 Constantiensis, in cujus Diocesi situm est, & primum
 Antiarit Hadrianus Papa I. ad instantiam Abbatis An-
 degarii, cui etiam plenam potestatem concepit an-
 te meridiem sacra faciendi, post meridiem vero gladio
 utendi ad exerenda jura forensia, ad tuendos bonos, et
 à medio tollendos malos. Unde paremia ipsi cum Herbip-
 polensi Episcopo communis:
Campidona sola judicat ense, Stola

* Quidam volent hanc
 immunitatem primum
 sub initium Saeculi XVI.
 Joannem Rudolphum
 à Riedthaim, qui LII.
 Campidonensis Abbas
 fuit, ab an. à 10. Nov.
 usque ad anni 1483.

quing...
 monte
 domum
 triginta
 episcopi
 is puit
 deus cor
 go et 78.
 latus est
 Martini
 ationem
 is d'vny
 lobat an
 titude 78.
 S. Fran-
 luerunt,
 nichilise
 d'vny
 g'pante
 p'p'ete
 p'p'ime
 itatione
 mos et
 ingh
 et la
 t.
 parato
 et 1648.
 mai. hui
 ggerano,
 et modo et
 in duar
 a legione
 p'p'iamus.
 p'p'iam
 et orientem

usque ad 15. Octob. anni
1507. quo vitæ perio-
dum clausit, à Julio
Papa II. obtinuisse.

* Ab aliquibus tam-
quam Dapifer Co-
mes Montfortius
statuitur tam-
quam Mareschallus,
et Dux Bavariae
tamquam Dapifer.

Abbas Campidonensis est etiam unus e quatuor illis
Prælatibus, quibus inter Germaniæ Præeres prima Sedes
competunt, quique in conspectibus publicis ac pompis ma-
ximè honorificantur, primisque habet Statum post Ful-
densem Abbatem, et ante Propositum Ebraucensem, Ab-
batem Musbacensem, p. Est quoque Supremus Impera-
triciis Aula Præfectus, seu, ut vocant, Archi-Mareschallus,
hocque suo munere in illius coronatione fungi consuevit.

Principalis huius Monasterii Tutores et Advocati sunt
Dux Bavariae tamquam Aula Præfectus seu Mareschallus,
Dux Saxoniae tamquam Bincerna, Comes Montfortius
tamquam Dapifer, et Comes Nellenburgius tamquam
Cubicularius seu, ut ajunt, Camerarius; quæ numerosa
liborum loco obant, pro Duce Bavariae Barones de Roth,
pro Duce Saxoniae Rensesii ab Almenninga, pro Comite
Montfortis Nobiles de Crasberg; et postquam Landgra-
viatus Nellenburgius ad Dominum Austriacam devolu-
tus fuit, Nellenburgius Comitibus successerunt Nobiles
de Wendenstein.

Circa an. chr. 920. sub Imperatore Henrico Aempe
Saxa Hungarorum gens finibus suis egressa per omne
Noricum, Vindeliciam, et Boicam ferro flammâque
grassata foedis populationibus et rapinis omnia im-
plevit, Saxâque profanis et profana sacris permissit:
Coenobia Adesque Saxas non paucas, cum Virorum sanc-
torum tum Sacerdotum Virginitum alias foede vastavit,
alias funditus evestit: in quam sortem et hoc Cam-
pidonense Aucterium venit, quod etiam tribus distin-
tis vicibus igne ferroque vastatum est adeo infere, ut
Monachis hinc inde dispersis Coenobium non nisi latro-
cinantium undequaque humorum latibulum fue-
rit: donec tandem Ernestus Sueviae Dux laetynabili
tam illustri loci statu, et praecipue duorum Coenobitarum
Amaldi et Felicii querulis vocibus commotus, ope præ-
lectum S. Udalrici, qui tunc temporis locum hunc in
Commendis, ut ajunt, habuit, Monasterium de novo
instaurare coepit, Coenobitas recollectit, Abbatem
proprium eis praefecit, novamque omnium privile-
giorum confirmationem ab Imperatore Ottone I.
qui ab an. 963. usque ad an. 973. quo 7. Maji Mimi-
lawa 1: Mamlaban: 1 Turingia ordinis S. Benedicti Mo-
nasterio obiit, impetravit. Ausum huius Coe-
nobii magna pars incendio perit an. Chr. 1261.

Romani illam exuerunt, vastaque jacuit, donec à Carlo Magno restauraretur. Nomen procul dubio à gabiis et germanico-Celtico vocabulo Don quod collem seu montem significat, ad quem Rita est, et à Campo: Camp seu Kamp: vivo, qui ad illius dexteram in fluvium fluxisse dicitur, auget. Certum est locum hunc collapsa Romanorum potentia ad Alemannos, et ab his ad Francos pervenisse.

Urbis hae an. 919. seu 920. ab Hunnis devastata fuit. Olim subdita fuit ejusdem locum nominis Monasterio; verum circa an. 1358. ~~varios~~ Cives ex Abbatis imbecillitate et ignavia compendium facientes, jugum eamtere coeperunt, coque rem perducerunt, ut tandem anno

1525. Abbatem et Principem Sebastianum à Rustiis Anabaptistis in Arce Liebenhan, quae, illorum furorem devitatoris, se receperat, captum ac in Urbem suam deductum viderint, ut pro 30000. florenorum Summa ipsis omnia, quae in illorum Urbem ei competebant, jura venderet, quod supra annotavimus.

An tunc primum an verò jam antea Urbis Imperialis facta fuerit Campidona non satis dignosci potest. Superesse dicuntur Rudolphi I. Caroli IV. et Frederici III. Imperatorum diplomata, quae illam liberam et immediatam S. R. I. Urbem declarant.

Anno 1520. Lutheranismum amplexa est, ac an. 1525. Rustiis Anabaptistis favisse videtur, ut quae ipsis foedera juncta fuerit. An. 1573. pestis in ea grassata est. an. 1628. 1629. et 1631. Casarcum admittere presidium coacta fuit, à quo an. 1632. Suedi eam liberarunt, an. 1633. Casarci redeuntes illam a sultu coeperunt, ac diriperunt. An. 1634. Suedi demum illam obtinuerunt; at post pugnam Noordlingensem tota Suevia pulsata, illam deseruerunt. An. 1703. Gabi et Bavari post trium dierum obsidionem illam potiti sunt, eamque et Monasterium diriperunt, post prolium Hochstettense autem fugam dilapsi sunt.

Per sex portas ad eam patet aditus, quarum tres sunt in ejus Suburbio. Linteum commercium in ea

frequens est; abest etiam Salis, quod à Tyrolis in Helvetiam transvehitur, sequestratorium ut et mercium, quae ex Italia in Belgium, et inde in Italiam deportantur.

Fuit in ea Monialium Tertia Regula S. Francisii Cenobium ad S. Annam dictum, quas an. 1537, Senatus Campidonensis, cum ad Lutherana sacra eas nec blanditiis nec minis adducere valisset, urbe eiecit, ac ipsarum Monasterium in Scholam Lutherano-Latinam convertit.

Moniales Leuzfeldam Oppidum non procul à Campidonia trans Ilarum flumen situm se contulerunt, quibus B. B. Minores de Obrenantia provincia Argentinensis Monasterium, quod ibidem habebant, incolendum reliquerunt alio transigrare à ferventibus Lutheranis compulsi; illud tamen post 100. annos videlicet an. 1649. repetierunt, Sanctimonialibus non procul ab eo vicinis constructo domicilio.

30. Hilarionium seu Hilsenmontium | Hillbray, Hillabrog seu Hobbrog, hodie Bürgsalten | Castrum prope Campidonam ad Ilarum amnem. Sibi Castrum fuisse dicitur. Ante Caroli Magni tempora Suevia Praefecti in eo demorati sunt, brevi post Abbatia Campidonensi adjectum fuit, quod, inter alia, iura colligitur, quod an. 854. Abbas Conradus Doon de Kalbtangusta, quod veteris cuiusdam Aris nomen est, ibidem puteum foderit, et aram ferream invenit Ethnicis numismatibus aureis et argenteis aliisque ornamentis refertam, necnon an. 940. Sub Abbate Ludovico Fridsamler de Rauns in fenum abierit, quo incendio Abbatiae documenta una perierunt. Sub Abbate Henrico à Mittelberg, qui ab an. 1356. usque ad an. 1382. quo à vivis excessit, Monasterio praefuit, et plerumque in Castro hoc demorari consueverat, dum ipse die S. Martini sacra solenni pompa et opiparo convivio Martiniana festa in Cenobio cum Urbis Senatoribus celebrabat, Cives Castrum sub vesperam occuparunt ac diripitum everterunt. Abbatem vero in illud redire volentem ingrati convivae comprehenderunt, à quorum manibus se porcipiens Ignam ea adhuc nocte fugit. Cives rebellionem hanc et foedam Castrum vastationem causati

Sunt, quod Abbatis Ministri et Domestici filias suas in Arcem pertractas vitiosas. Re ad Imperatorem Carolum IV. ab Abbate delata, is S. C. R. Campidonensem gravi mulcta damnavit, et Arcem Abbati restituere coegit; quam tamen paulo post idem Abbas eisdem vendidit. Hodieum ex eo nihil superest, praeter murorum ambitum.

4.^a Quintia |: Quintzbrugg:| Urbis exigua ad Quintiam |: Quintz:| fluvium sita tribus leuis gallicis ad Septentrionem à Campidonâ. Hic Romani pontem construxerunt et munierunt, locumque Transitum Quintiensem munierunt. Quidam putant esse Quintiam illam, de qua apud Antonianum et in Notitiâ Imperii sub Duce Rhetiarum fit mentio.

5.^o Liebenthannium |: Liebrantfan, Librantfan, et Liebrantfaim:| Castellum cum ditione semileuca gallicâ ad Castrum à Quintiâ situm, an. 1479. ab Abbate Joanne de Wendenaria exortatum. An. 1525. quod supra retulimus, rusticis tumultuantibus, Abbas Sebastianus in idem se recepit, at in illo obsessus ab eis, se dedere compulsus est. Rustici Castellum exiderunt, quod tamen brevi post restauratum fuit.

§. II.

De Urbibus Kauffburio, et Memminga
Neron
Monasteriis Ursino, et Ottoburano.

Principatus Campidonensi iungimus hic Urbes Kauffburium et Memmingam, necnon Monasteria Ursinum et Ottoburam, quod in illius sunt vicinia.

1.^o Kauffburium seu Kauffbyra |: Kauffbrüron, Kauffbruggen, et Kauffbrüron:| Urbis libera Imperialis, sita in extimis Principatus Campidonensis finibus, ad Westarhium |: Westarf:| annum 5. miliaris versus Orientem à Memmingâ. Idius territorium Episcopatu Augustano, Principatu Campidonensi, et Ursinensi Praelaturâ clauditur. Ajunt eamâ Guido- ne Barone de Hoff, qui cum Imperatore Lothario à Gallia huc venerat, an. 842. exortatam, et à suis Successoribus usque ad tempora Conradi II. Imperatoris possessam fuisse; tum enim Civis quidam Ottonem liberum Baronem de Hof in adulterio cum sua uxore deprehensum occidit, qui praeter Sororem et fratrem Cathedralis Au-

gustana Ecclesia Canoniam, nullum post se reliquit heredem,
 à quibus Cives libertatem suam emerunt. Volunt ali-
 qui Urbem hanc antiquitus non nisi pagum fuisse Gou-
nenfurtum dictum, et ad Abbatem Compidonensem per-
 tinuisse. Verum quidquid eà de re sit, jam à pluribus
 saeculis libera Imperii Urbs est, variisque à Rudolpho I. ali-
 isque ipsius in Imperio Successoribus privilegiis et immuni-
 tatibus ditata.

Non admodum ampla est, sed loco amoenosita, fossis cin-
 gitur et moenibus satis validis; eamque an. 1338. Dux Ba-
 varia in castrum obsedit. Aedes ejus sive privatae sive pu-
 blicae admodum sunt elegantes. Cives partim Catholi-
 ci sunt partim Lutherani, hi tamen illos numero superant.

In hac Urbe Monasterium possident Sanctimoniales
 Terria Regula S. Francisci à Granobili Virgine Anna
 Homhoff, de qua superius locuti sumus, sub an. 893. pro
 virginibus Beginis fundatum, quae circa an. 1325. ter-
 tium ordinem Bonitentium S. Francisci amplexa sunt.

Anno 1544. quo Magistratus et plerique Cives Luthera-
 nismum professi Clericos ac Sacerdotes Catholicos loco
 cedere coegerunt, Sanctionales istae admirandum
 pietatis et constantiae praebuerunt exemplum: missi
 siquidem mense Augusto ejusdem anni ad eas quatuor
 Senatores, primum graviter objurgatis sub gravissima
 poena solita Religionis Catholicae et Ordinis sui exer-
 citia penitus interdixerunt, specialiter autem earum
 Magistrae seu Superiori demandarunt, ne ullam deinceps
 in suis Monialibus à Coniunctione Lutherana et placito
 ad Saeculum egressu prohiberet, ac matrimonium ab
 ipsis justà libitum contrahendo neutiquam obisteret,
 nullamque amplius virginem in gremium reciperet,
 nullum Sacellum sive Confessarium ad se venire
 permitteret, &c. His nihil admodum mota pia Sancti-
 moniales in avita Religionis proposito constantiter per-
 manserunt; ac tandem an. 1548. Solemni Decreto
Interimistico seu formulari Interim per totam Ger-
 maniam auctoritate Caroli V. Imperatoris promulga-
 to, in integrum denuo restitutae fuerunt; à quo tem-
 pore magnà sui consolatione et merito, necnon ma-
 ximà civium etiam Protestantium congratulatio-
 ne et adificatione in praesens usque pristina libertate
 feliciter gaudent.

Anno 1627. auctoritate Imperatoris Ferdinandi

II. Patres Societatis Jesu Kauffbyram introducti fuerunt, eos Eberhardus Dux Wirtembergius, sub titulo executionis Instrumenti pacis Westphalicae an. 1649. solum vertere coegit; at an. 1652. Elector Bavaria et Episcopus Augustanus vi coarctati ab Imperatore Ferdinando III. emanati ob quaestionem de Civitatibus mixtis indecisam, illos reduxerunt, ubi ad hanc usque diem persistunt, omniaque sacra ritu Catholico peragunt, necnon juventutem humaniores litteras docent.

Extra hujus Urbis muros offenduntur Thermo salubres, quarum morbis praesertim arthritidi, et interdum mulierum Sterilitati medentur.

2^a. Ursinum, corruptè Ursingum | Ursin, Ursin, et Ursin: | Celebre Ordinis S. Benedicti liberum et Imperiale Monasterium, non procul à Vindone seu Westachio | Ursin: | flumine situm leuicā gallicā versus Carorum à Kauffbyra, Diocesis Augustana.

Nomen habet à celebri Romano Ursinorum prosapia, qui circa an. Chr. 150. Italia pulsus in Helvetiam se receperunt, ac tandem in Suevia propagati fuerunt, et quorum unus hū supra montem, ubi nunc Ecclesia parochialis S. Stephani extat, Arcem aedificavit. Hi Ursini usque ad an. Chr. 1113. diutinat superfluerunt, nec statim, qua Monasterium istud ipsorum nomine insignitum excitatum est, attigerunt.

Igitur Ursinum Conobium ab Henrico Marchione de Rumpersberg fundatum et completatum perhibetur circa annum 1182. vel, ut aliis placet, 1185. ac primum inter densissimas silvas constructum fuit, postmodum in ameniorem locum montem scilicet, ubi prius Arx Ursina fuit, translatum est, ac ab ea Ursinum vocatum; demique, cum Monachi inibi aqua penuriam laborarent, ad ejusdem montis radices ac in planitie collocatum fuit, ubi et hodie adhuc extat. Cuiusque sensim proventibus auctum spectabile admodum factum fuisse, sub Conrado Ultimo Sueviae Duce unicum aliis Sueviae Episcopis libertatem suam pecuniis emit, ac postmodum Imperiale liberum factum est, votumque, ut ajunt, Curiam in publicis Imperii Conventibus et Comitibus obtinuit.

Emigranda an. Chr. 764. in honorem Dei Optimi Maximi,
 Principis Apostolorum S. Petri, et S. Alexandri Martyris, cu-
 jus corpus ibidem asseratur, pro duodecim Monachis illud
 fundavit. Primus illius Abbas constitutus est S. Toton-
 fundatoris filius. Tertius ab ipso Abbas S. Neodegarius
 eodem, quo Abbas electus est, anno scilicet 864. ad Episco-
 patum Augustanum transit, eique eodem anno in Abba-
 tiali dignitate successit S. Widogarius seu Widgerus, et
 Widogarius olim nominatus, qui postquam summa cum
 laude et non sine sanctitatis fama Monasterio 24. annis
 praefuisset, à Senatu Cathedralis Ecclesiae Augustanae in
 Episcopum electus est an. 888. Post Decennium in pasto-
 rali munere plusquam laudabiliter expletum ad Helve-
 tios in temporis adhuc ex magna parte idolorum cultum
 seditos profectus, eorum quamplurimos ad Sana Christiana
 tradidit, Helvetiorum Apostolus inde vocari promeritus.
 Demum apud Neophytos suos Christianos an. 902. mortuus
 et Sepultus fuit, dum adhuc Episcopus simul et Abbas Otten-
 buranus esset.

Inter Ottenburanos Abbates etiam apprime celebratur
 S. Rupertus Ordine XVII. à S. Georgio Harinia Sylva
 Coenobio an. 1104. postulatus. Is temporum et homi-
 num injuria paucè collapsum Monasterium primivo
 splendori suo restituit, et ex aliis Coenobis Monachos, qui-
 busum extinctam regularem disciplinam demis erige-
 ret, adiecit, nulloque deinceps nobilitatis discrimine
 primus ignobiles etiam, honesto tamen genere natos, re-
 cepit, et ad virtutem, quae sola et unica animorum
 nobilitas est, sanctissime educevit, cum tamen ante
 illius tempora nulli ad Ottenburanum Monasterium adi-
 tus pateret, quem non natalium splendor supra vulgi
 vilitatem ponisset: at verò cum Nobilium filii illus-
 tre genus suum in ipso etiam virtutum domicilio for-
 darent, ut virtuti locus fieret, honestus quisque cum
 bona mentis comitatu admixtus est.

Sub Leonardo Abbate XLII. qui an. 1508. electus fuit,
 proter ignem extremae quaeque omnia perperam est
 Ottenburanum Coenobium à rusticis nempe per totam
 Gueriam grassantibus. Illorum furori cedens Abbas
 cum fratribus locus exiecit, tum illud totum unicum
 Templo capilatum, attamen intentatum incendium
 à principio recurvis redentem fuit.

Saeulo eodem nempe XVI. cum Lutheranismus jam per totam ferè Germaniam diffusus Monasteriis locisque sacris ultimam desolationem et ruinam minitare videretur, huic malo publicè studio in Ottenburano Monasterio institutissimo obviaturi Sueviae Praelati seu Abbates Campidonensis, Weingastensis, Ochsenhusanus, Zwifaltensis, Elchingensis, Willingensis, Ursinensis, Donaveranus, sed vel maximè Ottenburanus, huiusmodi publicum Studium in Ottenburâ instituerunt, cuius Directores selecti Abbates Campidonensis et Ottenburanus. Professores igitur pingui salario conducti, qui Graecas, Latinas, et Hebraicas litteras, disciplinasque Philosophicas, Theologicas, et Humaniores profiterentur et docerent. Studium Praefectus fuit Casparus Kindelmann Ottenburanus. Verum subsequens bellum hunc Apollinem cum omnibus suis in exilium eiecit, hisque vix erectis studiis finem fecit. Leonardus Abbas vero post multas funesti belli clades vitam in arumnis posuit Supplinga, quod Oppidum est ad Aeroniacis ripam infra Ueberlingam situm: Sepultus fuit ibidem an. 1546. die 15. Novemb. in Ecclesia parochiali quadraginta annorum Abbas.

Ottenbura etiam celebratur Gregorius Abbas XLVI. anno 1612. electus. Is Benedictina Salisburgensis Academiae fundamenta jecit, submissis è suo Monasterio Monachis, qui in eâ Urbe liberales disciplinas ex Marci Sittici Salisburgensis Archiepiscopi voto et voluntate publicè profiterentur et docerent. In triginta annorum bello Ottenbura multis calamitatibus, non levis ac caetera Sueviae Cenobia, passata fuit.

A Variis Imperatoribus per celebre Monasterium istud multis usque prestantibus privilegiis et immunitatibus auctum fuisse perhibetur. Illius Abbas equidem Status est Imperii, at jam à pluribus annis ab Imperii et Circuli Suevici Conventibus et Comitibus abstinet frequentandis, postquam nempe vi conventionis cum Domo Austriacâ inter haec Monasterii huius opera, quibus tam erga Imperium quam Circulum Suevium tenebatur, in se sustinenda suscepit.

In illius Ecclesia ingens adest vis Saurorum Reliquiarum ac Sanctorum Corporum, inter quae eminet S. Alexandri Martyris corpus, ad quod crebra fiunt miracula.

Habuit antiquitus Ottenbura conjunctum sibi Nobile Barthenium, cujus auctor fuit S. Rupertus Abbas, celebris ille Ottenbura restaurator; quod tamen quonam tempore desierit, ignoratur. Aedes et Sacellum ubi Deo Servire solebant Moniales, etiamnum super-sunt.

4^o Memminga | Mammungum: | pulchra spectabilis et satis munita civitas, in salubri et fecunda planitie sita duabus levis gallicis ad occidentem ab Ottenbura sub gr. long. 30. m. 4. lat. 47. m. 53. Plateae ejus latae sunt. Illius Territorium partim fluvium partim quatuor valle continetur. Quidam arbitrantur eam esse Antonini Rostrom Nervariam, alii Notitia Imperii Vimariam, alii Ptolomaei Dorsomagnam, vel Strabonis Augustam Dorsu.

Ex medii aevi historia habemus illam sub Imperatore Frederico Anobardo Imperii libertatem fuisse adeptam, in qua ad hanc usque diem firmiter permansit. Successive multis usque elegantibus privilegiis ab Imperatoribus ditata fuit.

Anno 1524. Lutheranismus in ea vehementer serpere coepit, ut quem universus Magistratus, necnon plerique Cives et Ecclesiastici professi sunt. Anno 1528. Jenium omnino invaluit, eique Urbs tota adhaerere coepit; tum a furentibus Lutheranis directa, utriusque levis, quae in ea extabant, Monasteria, illorum inquilinis in fide Catholica constantibus permanentibus urbe ejectis, aut ultro dilapsis. Solum Hospitale seu Monasterium Ordinis S. Spiritus, quantum ex iis, quae supersunt, monumentis colligere licet, intactum reliquerunt. Ejectos tamen postmodum recipere coacti sunt.

Monasterium istud seu Hospitale fundatum fuit an. Chr. 1010. ab Henrico Domino in Weipenhorn Comite in Maurstetten Superioris Suevia Praefecto circa initium mensis Novembris accitis Roma hujus Ordinis religionis, prout in Bulla fundationis exprimitur. Hic Hospitalarium S. Spiritus, seu Crucigerorum nuncupatorum, quod Cruce alba duplici ligno transversa

celebrare, Sacramenta administrare, Baptizare, SS. Eucharistiam ad aegrotos etiam in domibus Lutheranos decumbentes ritu Catholico cum campanula et lumine publice deferre, mortuos sepelire, p.

Adest etiam Memminga Monasterium Batum. Eremitarum S. Augustini spectatissimo totius Urbis loco prope Basilicam civilem seu Domum Senatoriam via regia conspicuum. Creditur ipsa Urbe vetustius, ajuntque antiquitas quondam hic substitisse Eremitas, qui successu temporis cum gratuitis benefactorum elemosynis et oblationibus, tum dotibus propriis adjuti quaedam coemerunt latifundia, quibus tandem in Monasterium apparatus, isthuc, quo anno, incertum, coepit Ordo Eremitico-Augustinianus usque in hodiernum diem stabilitus, postmodum circa illud Monasterium aedes fuisse edificatas, quae successu temporis ad tantum numerum excreverunt, ut urbem efficerent.

Anno 1489. Monasterium Benedictinum S. Nicolai unoccupatum intra muros Urbis situm à Monachis inquilinis suis, quacunq; demum ex causa, Desertum unacum juribus, censibus et redditibus ad illud pertinentibus auctoritate Innocentii Papa VIII. hinc Batibus Augustinianis in omnimodam possessionem plenissime traditum fuit et assignatum.

Anno 1527. S. B. Q. Memmingensis novo Lutheri Evangelio sensim imbutus quia blanditus, quia minus friorem et reliquos hujus Cenobii Religiosos adducere frustra tentavit ad religiosam Stationem suam deserendam, eamque ad manus Magistratus secularis resignandam. An. 1528. iidem Memmingenses destructis omnibus Ecclesiarum suarum altaribus, demum minus gravissimis apud eundem friorem et conventum instituerunt, ut claves et quaeque pretiosa Templi cimelia et Monasterii utensilia iis traderent, sed in casum. An. 1529. suum S. Nicolai Monasterium, sub praetextu metuenda hostilis infestationis destruere et solo aequare à Magistratu jussi sunt hi Augustiniani, quod cum parere renuerent, illud quantocius infima sortis hominibus in dirptionem datum est ac solo

agratum, locus vero in Lutherianorum sepulturam des-
tinatus. Tandem an. 1538. venerabilis hic
Religiosorum Coetus post immanes persecutiones patien-
ter exantillatus spoliatus fuit et exactus, quem tamen
Imperator Carolus V. post dissipatum Smalcaldense fœ-
dus locus huc restituit, in quo etiamnum adhuc feliciter
persistit.

Estat itidem Memmingæ Conventus Virginum sub
tertiâ S. Francisci Regulâ militantium, cui an. 1447.
quinque Sorores ex Imperiali Urbe Jmâ venientes
initium dederunt, quæ humilem adiculam propè Ec-
clesiam parochialem B. V. Mariæ dicatam sequen-
ti anno cœmptam successu temporis collectis piorum
elemosynis, opere manuali, receptis et acceptis item
tyronum juvenularum dotibus ad Ordinem suscep-
tarum circa an. 1471. in pulcherrimo Monasterio-
rum Hortum Mariæ nuncupatum converterunt,
cujus proventus Deinceps ita aucti fuerunt, ut an.
1487. triginta Moniales in eo numerarentur suscep-
tis etiam ad gremium aliquot Nobilium seu Batri-
tiorum filiabus.

Anno 1528. Memmingam ab Urbe Constantiâ
Græco quidam Zwinglianus Ambrosius Glaver-
nomine veniens suis conationibus universam Ur-
bem Zwinglianam fecit; hic per annum inte-
gram, ut etiam innocentes et pias hujus Monas-
terii Virgines ad sectam suam adduceret, frustra
laboravit: Semper Joannes Ocolampadius Basi-
leâ, et Martinus Bucerus Argentina huc adve-
nientes omnem suam promiserunt eloquentiam,
quæ illis novum, quod predicabant, Evangelium
persuaderent, sed ludis fabulam ceuinerunt; un-
de velut in rabiem deti eas minis et opprobriis
affectas diabolo devoverunt. Tum Magistratus
divè in eas animadvertere coepit, sigilloque, docu-
mentis, tabulisque suis spoliatas Urbis tutelâ pri-
avit, quapropter extrema quoque à furibundâ
plebe patiendi periculo exposita consilio et au-
xilio amicorum vestibus sexuum occultantes intra
duorum dierum spatium omnes 1: tredecim fuere; |
per cunctas portas Urbe egressæ impudentia sibi
mala feliciter evaserunt, Cœnobio huc Acatholico.

rum praeda relicto. Bie Virgines ista exilium per-
terunt usque ad an. 1549. tunc enim auctoritate
Caroli V. Imperatoris reduta fuerunt ac in omnia sua
spiritualia et civilia jura restituta; ibas proinde
an. 1549. ultimo Januarii B. Provincialis Fran-
conum Wendelinus Fabri in suum Monasterium
denuo induxit.

Fuit etiam Memminga parochiali Templo S.
Martini propius aditum peregrinum et opulen-
tum Hospitalarium Ordinis S. Antonii Coenobi-
um seu Hospitala, cujus Antistes Magus Praeceptor
seu Magister vocabatur, vulgò Dor Gossmaier
Gos S. Antonii; eorum ultimus Adamus Brunner
Protestantium Religionem amplectens, coenobii sui
documenta omnia, aliàque instrumenta publica
Magistratui Seculari Memmingensi extradidit re-
servata solummodo ad dies vita sibi exigua pensione.

Habuit etiam Urbs haec intra muros suos Coenobium
Monialium Ordinis Eremitarum S. Augustini S. Eli-
sabetha, aliis etiam ad distinctionem Monasterii
Tertiariarum, de quo prius actum, Monasterium
Majus dictum. Haec an. 1524. quadraginta nume-
ro ad unam omnes Protestantium Religionem am-
plexae ad nuptias convolarunt. In illarum
Coenobium an. 1572. Lutherani Scholam Latinam
transtulerunt.

Anno 1626. 20. Septembris Domicilium, seu, ut
vocant, Residentia Patrum Societatis Jesu aucto-
ritate Imperatoris Ferdinandi II. Memminga
stabilita fuit: at post promulgatam pacem West-
phalicam dicti Patres loco cedere debuerunt.

Anno 1522. Memminga pestis grassata est,
qua multi sublatis fuerunt; in solo Tertiariarum
S. Franisci Coenobio 15. Moniales numeratae sunt,
quae eà mortuae fuerunt.

Ubi in Germania Religionis mutatis sumit
initium, Memminga cum Theologis Helveticis con-
silia contulit, et an. 1530. unam cum Urbibus Argon-
tina, Constantia et Lindavio doctrinae suae specia-
lem Confessionem in Comitibus Augustanis exhibuit,
brevi post tamen Augustanae Lutheranorum Con-
fessionis adhaesit. Deinde Joederi Smalcaldis

De Reihberg prioris filium, Comite Westheimensi sine
 herede defuncto, devoluta est, cuius filia Babe dicta
 eandem ad familiam de Kraundspurg transtulit, pe-
 nes quam fuit usque ad annum 1585, quo Georgius
 de Kraundspurg sine herede ex hac vita migravit; pri-
 us tamen illum consanguines suo Wolfrango Vito
 de Maxelrein adquisit ea conditione, ut sororis
 sue filiam ~~Matthiam~~ et Comitis Schwarzembergii
 filiam Mariam duceret uxorem, et hunc in finem
 eundem adoptavit in filium. Cum autem in Cu-
 ria Imperiali pertenderetur jurisdictionem cri-
 minalem undem iuribus vestigali et forestali
 in hac ditione, fanda Imperii esse, hinc riven-
 ta adhuc Georgio de Kraundspurg Comes Joannes
 de Ruggen, horum feudorum expectationem, seu,
 ut feudista loquuntur, expectantiam ab Impe-
 ratore Rudolpho II. iam obtinuerat pro summa
 35000. florenorum obtinuerat; unde, nequiquam
 obsistente Georgii de Kraundspurg testamento,
 post eius mortem dictus Comes de Ruggen an. 1585.
 in memorata Imperii fanda immixtus fuit, et cum
 postea ipsius filius Christophorus memoratam Co-
 mitis Schwarzembergii filiam Mariam Comiti
 de Maxelrein destinatam duxisset, tum et huius
 ditionis alodialia, proinde tota ad familiam
 Ruggenanam pervenit, eaque frustratum se vi-
 dit Comes de Maxelrein. De ab ipso ad Imperia-
 le iudicium delata, tandem an. 1603. Christo-
 phorus Ruggen sententiam obtinuit, qua ipsius
 conjux Maria tanquam universalis Domini
 Mindelheimensis heres declarata fuit: huius sen-
 tentiae Comes de Maxelrein non acquievit, sed revi-
 sionis remedium apprehendit, et cum felicem cau-
 sae sue exitum sibi minime sponderet, ius suum
 omne Maximiliano Bavariae Duci an. 1614. cepit.
 Is Ruggenos adiecit, ut pro ingenti pecuniarum
 summa universam hanc Mindelheimensem
 regionem sibi relinquerent, cuius deinde tanquam
 Imperii feudi investituram ipse ab Imperatore
 obtinuit. Sic Regis haec ad Ducem Bavariam
 pervenit, quo et Principatus titulo decorata est.

Anno 1633. Suedi Principatum hunc occuparunt, at postmodum Bavaria Domus illo iterum potita est, ac tenuit, donec in Hispanica Successionis bello, quo Dux Bavariae Maximilianus suis omnibus possessionibus exutus fuit, Imperator Leopoldus I. Johannam Churchill Duce[m] de Marlborough natione Anglum ob ipsi et Imperio, praesertim in proelio Hochstettensi, praestita obsequia remuneratus, eidem Principatum hunc à Domus Bavariae Statibus avulsam domo dedit, illi[us]que S. R. I. Principem cum voto et legatione creavit, quem tamen viciis Rastadiensis seu Badensis an. 1714. et 1718. Galliam inter et Imperium conclusa Maximilianus Bavariae Elector denuo recepit.

Biscosi fluvii in hac regione satis frequentes sunt, necnon ultra decem exigui lacus et stagna numerantur. Versus orientem vero et in confinis Augustanis montosa est, ut et versus Campidonensem Principatum; versus septentrionem ac in finibus Fuggerianis silvae quaedam occurrunt satis opaca. Notatur hic

Mindelheimium | Mindelheim seu Mündelheim: | Ubs in planitie ad Mindelum | Mindel: | annem posita, quatuor fere miliaris ad Euroaquilonem à Memmingâ. Castrum eidem impendet loco eminentiori, qui Mons S. georgii vocatur, collocatum, et à Friderico Duce Teccensi constructum. Ubs haec olim Rostrom Nemaria dicta fuit.

Patres Societatis Iesu magnificum in ea ab an. 1650. possident Collegium, quod antehac fuit Coenobium an. 1260. à viro Nobili Scherikardo vel Schwiggers à Mindelberg Equite Aurato, et ejus Coniuge Elisabetha de Aicham in Vico Berdorn pro Wilhelmitis primitus fundatum, et ab ejus filio Scherikardo II. familiae suae ultimo huc translatum. Postmodum in eo Wilhelmitis Successerunt Eremitae Ordinis S. Augustini; in illo circa an. Chr. 1372. vel, ut quidam volunt, 1382. Pater Georgius Friderici Teccensis Ducis filius SS. Theolo-

gia Doctor, et hujus Ordinis per Bavariam Provincialis,
Prior fuit, ac in eo sepultus est. Denique an. 1690.
Jesuitis, quo jure et titulo ignotum nobis est, tradi-
tum fuit, qui humaniora et Logicam ibidem docent.

Adest etiam Tertiariarum Ordinis S. Francisii Coe-
nobium ad S. Crucem dictum, cui an. 1456. Sex Vir-
gines dederunt initium. Haec mundo relicto col-
latisque simul bonis suis adicula auidam propè S.
Stephani Templum se incluserunt, necnon aliquam-
diu sub nulla regula deservierunt; tandem Ter-
tiam S. Francisii regulam professae sunt. An.
1588. ipsarum Coenobium ad S. Crucem appellari pri-
mum coepit, partim quia Martinus de Stozingen
satis magnam S. Crucis particulam eidem dono dedit,
partim vero quia Serpenti in hac Urbe Lutheranis-
mo mascula se opposuerunt, nec unquam Luthe-
ranis concionibus, etiam ad illas frequentandas co-
acta, aures praeberunt; imò suis simplicibusque
suis adversus Lutheranismum disputationibus,
Dominum de Freundberg seu Fronsberg, qui tum
Urbi et Regioni huic Dominabatur, eo adduxerunt
ut Lutheranos Brascones Urbe ejiceret; sicque Catho-
lica Religio in ea et tota Regione harum Sancti-
monialium operâ illibate conservata fuit.

Magna S. Kilians Martyris Ecclesia Mindelhe-
mie an. 1455. creata fuit; Parochialem vero Ulri-
cus Dux Teccensis an. 1409. excitavit: in ea cons-
piciuntur magnifici tumuli Ducum Teccensium,
ut et Nobilium Rechbergensium et Freund-
bergensium, ut qui successivè Urbi et illius Trac-
tus Dominati sunt.

Anno 1324. Urbs haec capitata et munita fuit,
sed mox unacum arce sua restaurata. An.
1369. Walthemus de Hohenshliß Episcopus Au-
gustanus patrimonium suum, quod Duxes Teccen-
ses antenatis sui eriguerant, repetiturus hanc
urbem obsedit, dumque in eam fuit impressio-
nem occiditur.

S. IV.

De Comitatu Fuggerano seu Ditione Fug-
gerorum.

Comitatus Fuggeranus sive Ditis Fuggero-
rum Comitum (sive Dux Fuggerrische Graffschaft:)

ad Aquilonem Marchionatus Burgoviani et quibusdam Abbatiarum territoris; ad Occidentem Danubio et Ilavo fluminibus; ad Austrum Principatu Mindelheimensi et territorio Memmingensi; et ad Orientem Westarhis, seu Viuda, Vindone et Vindone: Wostay: fluvio terminatur. Contiguus haud est, sed interdum eisdem quodam tum Episcopi Augustani tum aliquot Monasteriorum Dominia intermiscuntur.

Comitum Fuggerorum originem perscribit Cronica in Annalibus Sveciae. Illorum duo sunt familiae praecipuae, scilicet Raimundana et Antonicensis, quae deinceps in varias collaterales dividuntur. Praeter alias agrarias ditiones ad eos pertinent Comitatus seu Dominia

Weissenhornense, Kirchbergense, Pfaffenhoffense, et Wullenstettense, &c. Ratione Comitatum Kirchenbergensis et Weissenhornensis sunt membra Circuli Austriaci; ratione vero Kirchheimii, Babenhurii, &c. Circulo Svecico junguntur. Comitatus

1.º Babenhurii: Babonfayzen: Oppidum ad Quintiam: Günz: fluvium tribus levis gallicis ad Septentrionem à Memminga positum. Quidam arbitrantur illud antiquitus Trabianum dictum fuisse à Trabianis Castris, quae ibidem fuisse dicuntur, et quorum meminit vetus Notitia Imperii: alii vero contendunt hae Castra Burgovia fuisse.

Antonius Fugger, qui in hoc Oppido an. 1560. è vivis exiit, illud unicum ante suam et ditione an. 1538. à quodam Barone de Reckberg emit, et magna pecuniarum vi apud Ducem Wirtembergium efficit, ut ditio haec, quae prius feudum Wirtembergium erat, liberum et hereditarium praedium facta sit. In Ecclesia Parochiali idem Antonius suorum manolam tam pro se et conjugis suae quam pro suis Successoribus curavit.

2.º Kirchberga: Riesbrog: Castrum cum duobus oppidis, quorum unum Kirchberga Superior altarium Kirchberga Inferior nuncupatur, ad Ilavum: Ilav: flumen situm milliario ad austrum ab Ulma. Comitatus nomen tribuit, qui olim ad eius nominis Comites spectavit pertinuit. Ulma

* Cronica: Martinus: natus perhibetur in Oppido greberu Episcopatus Bambergensis 19. Sept. an. 1526. absoluit Argentorati et Tubinga Studiosi huius an. 1554. Memmingam accersitus ibidem Scholae Rector factus est. an. 1559. à Christophoro Duce Wirtembergis Tubinga quorundam Nobilium Juvenum Informator et linguae graecae Professor constitutus est.

Ipse est, qui anno 1573. per Stephanum Gerlacum Baronis de Urquad Imperatoris Maximilianii II. apud Selimum II. Turcarum Imperatorum legati Baronem Augustanum Lutheranorum confessionem graecae scriptam ad Jeremiam Catriarcham Constantinensem misit. obiit Tubinga 25. Feb. an. 1607. Inter eius Opera celebrantur Annales Sveciae.

mo eorum Philippo an. 1510. è vivis absque herede subla-
to Comitatus ista, qui Imperii feudum erat, ab Impe-
ratore Maximiliano I. Suggereis traditus est.

3^o Haud procul ab hinc et in huius Comitatus Trac-
tu Semimiliari ad Austrum ab Ulma ad Sinistram
Flavi fluminis positum est percelebre Monasteri-
um Benedictinum Wiblingum à proterente Wi-
bingo fluvio, qui ibidem Flavo immergitur dictum,
communiter tamen Wiblingum |: Wiblingon hinc
Wriblingon: | appellari solet.

fundatum perhibetur circa an. 1099. in hono-
rem S. Martini à binis germanis fratribus Comiti-
bus de Kirchberg Ottone et Hartmanno, quod
postea ab ipsorum Successoribus, qui ⁱⁿ ea sepulturam
suam elegerunt, multis prædiis auctum fuit.

Calaberium hoc Cenobium divitis veteribus
aediis unicum Ecclesiã magnificã de novo an-
te annos aedificatum est, ac non modo aediis,
quibus exornatur, sed et in Religiosis inquilinis
tunc litterarum scientia, tunc morum disciplinã
exultissimis clarat.

4^o Weissenhorna |: Weissenhorn: | Urbs an-
tiqua cum arce ad Rottam |: Rott: | fluvium oppor-
tune sita 2. miliaris ad Evonotum ab Ulma, et
totidem ferme ad orientem à Kirchbergã. Caput est Co-
mitatus, qui ab ipsã Weissenhornensis dicitur. Qui-
dam arbitrantur eam esse Vianam Veterum.

Comites Weissenhornenses, qui simul Comites Kir-
chbergenses fuerunt usque ad an. Chr. 1510. super-
fuisse, tunc illorum prosapia in Philippo defecit,
quod supra memoravimus; jamque adhuc illo viven-
te scilicet an. 1504. Imperator Maximilianus I.
Comitatum hunc æque ac Kirchbergensem sibi asse-
ravit pactã cum dicto Philippo annuã pensione.
Cumque idem Imperator pecuniis indigeret, am-
bos hos Comitatus pro 70000. florenorum Baroni-
bus Georgio et Jacobo de Suggere an. 1507. oppigno-
ravit, ac tandem additã priori adhuc aliã pecunie
summã Georgii filii illorum proprietatem adepti
sunt. Verum an. 1724. Imperator Carolus VI.

ararium suum antea oppignoratas Austriacas Titio-
 nes, et praecipue Weissenhornensem et Kirchbergen-
 sem, restitutos pignore redemit; unde habetur proprie-
 tatem illam Georgii Fuggeri filii ab Imperatore Ma-
 ximiliano I. attributam relictionis oneri subiectam
 fuisse. Postmodum tamen Comes Fuggeri bi-
 nos hos Comitatus, anno receperunt, et hodie ad-
 huc possident. Weissenhorn. Capuini
 ab an. 1550. Domicilium habent.

50 Roggenburgum | Roggenburg, Roggen-
 burg | olim Brogodum seu Brogodunum, pere-
 grebre Ordinis Braemoustratensis Libanum Imperia-
 le, Diocesis Augustanae Canobium in districtu Co-
 mitatus Weissenhornensis loco iucundo situm mil-
 liarum ad orientem a Weissenhorn. Initis Bra-
 positura duntaxat fuit sub annum 1126. a Ber-
 tholdo Sifrido, et Conrado Germanis fratribus et
 Comitibus de Biberick, et a Demutha Bestolbi
 Comitissae conjugis natae de Zollem fundata et dota-
 ta, qui omnes in illius Templo sepulturam nacti
 sunt. Anno 1440. in Abbatiam conversa est,
 illiusque primus Abbas Joannes Turing fuit. Entine-
 tis postmodum Comitibus de Biberick Monas-
 terium hoc Ulmense tutela ab Imperatoribus
 commissum fuit. In bello, quod Georgius Ba-
 variae Dux adversus Ulmam aliasque Sueviae Ur-
 bes gessit, Abbas omnibus suis rebus spoliatus fuit:
 at an. 1489. in compositione amabili q. Maximilia. q. sub
 ni tunc adhuc Romanorum Regis duntaxat auspiciis
 inter belligerantes unita, omnia eidem restituta
 fuerunt.

60 Rodium, Rhodium, Rotum, seu Monachorum
 Rotum, Calis Mons, et Caelis Mons. Münzfroden,
 seu Münzfrotzen | paracalbre itidem Braemoustra-
 tensium Canobium, in eodem Comitatu Weissen-
 hornensi inter viros Haslacum et Rhodam situm
 duobus miliaribus a Messingâ. fundatum perhi-
 betur an. 1120. ab Hamma seu Henna Baronis et
 Equitis Augusti Henrici a Wildenberg seu Wilden-
 work vidua in honorem S. Verena, et ab ipsius
 binis filiis amplis praediis autam et dotatum, qui
 etiam unicum matrem suam in illius Templo sepulti

De subla
 ab Inge
 us Trae
 stram
 aster
 ite Wi.
 Detum,
 om hie
 a hono-
 Comiti-
 quod
 Altum
 ut.
 teribus
 oris an-
 sificis,
 linis
 lina
 Es an-
 um oppo-
 , et
 ut Co-
 di-
 tes Kir.
 hyper-
 fuit,
 orion-
 mus I.
 lris spe-
 mione.
 et, am-
 Baroni
 oppign-
 pccatis
 in adypt-
 vobis 18.

jaent, prout indicat sequens idorum Epitaphium:

Fundatrice Henna, Ahenigenum credimus esse.
Chunonemque Satos: chara huius cum matre sepultos.

Initio Cenobium hoc Praepositura duntaxat fuit, a qua
primum Praepositus fuit Burchardus, quem ipsemet
S. Norbertus Ordinis huius Fundator ibi miserat, et
primum circa medium saeculi XII. Abbatem habere coe-
pit. Abbas illius est immediatus Romani Imperii
membrum seu Status. Olim Monasterium istud
opulentissimum fuit, ita ut 200. Religiosos aleret.
At postmodum non motu occasione 30. annorum belli,
sed et duplici incendio an. Julii 1576. et 1681. prioris
splendoris sui multum amisit.

§. V.

De Abbatibus et Urbibus Danubium
inter et Harum contentis.

Suevia Tractum huius expandimus, qui triangu-
li figuram exhibet, cuius latera sunt Danubius et
Haras fluvii, Basis vero Comitatus Waldburgen-
sis et Koenigssee-Auldorfenis. Notatur

jo Martalum, Mastelium, et Marktalm
!; Marktthal: liberum et Imperiale Ordinis Bra-
monstratensis et Dioecesis Constantiensis Cenobi-
um, ad dexteram Danubii in rupe firmissima
situm Ethingam ~~et Disiburgam~~ inter et Riedlin-
gam proclara Austriaca Domus oppida, illi ad
austroem et huius ad Septentrionem, et ab utroque
duabus leuis Gallis distitum.

Primitus fuit Septem Canoniorum Secularium
Collegium fundatum an. 1000. et 1006. ab Her-
mannis Patre et filio Suevia Ducibus. Dis,
quod cultus Divinus suaeque temporis ab ipsis ibidem
plane neglectus fuisset, abdicatis Hugo III. Co-
mes Palatinus Tubingensis et eius Coniux Eli-
sabetha Rudolphi Comitis Brigantini filia ibi
in Monasterium conversum et quasi de novo fun-
datum et dotatum Religiosis Braonstratensi-
bus tradiderunt incolendum an. 1171. quam fun-
dationem Celestinus Papa III. an. 1192. secundo Con-
tificationis huius anno confirmavit. Initio Prae-
positura duntaxat fuit, ac primum an. 1418. sub

"num elapsum quid Successoribus nostris complacere, ar-
 "bitrio eorum relinqueremus. Consulimus autem
 "ut et ipsi Praedecessorum suorum vestigia ob com-
 "modum et salutem suam in his imitentur. Uti-
 "nam fiat!

2^o. Heckenbachium, Haybachium, et Haypachium
 1. Haybach, Haygenbach, Haybach et Haybach: Nobile
 liberum et immediatum Imperiale Monialium Cis-
 tertiensium Aretorium duabus Levis Gallias ad Sep-
 tentrionem à Biberaco. Eadem circa an. 1233.
 initium dedisse dicuntur duae Nobiles Virgines de
 Rosenberg et Landenberg, quibus quinque aliae etiam
 am Nobiles se junxerunt. Alii verisimiliter me-
 morant illud à Norberto Episcopo Curienti nato Comi-
 te de Hohenwart in Bavaria excitatum fuisse, in
 quo et an. 1187. sepultus fuit. Ecclesia illius S. Bar-
 watic saeva est.

Monasterium hoc adeo opulentum et specta-
 bile factum est, ut 120. Moniales in eo substi-
 terint. Verum Paulo XIII. durante Imperio
 interregno prorsus collapsum est adeo, ut Mo-
 niales ad suos se recipere coacti fuerint; at
 sub felici Rudolphi I. Imperio Nobiles de Ban-
 stetten, Treiburg, Weiler, Ellerbach et Tru-
 chsepp de Waldsburg illud antiquo splendore
 restituerunt, qui propterea velut secundi illius
 fundatores habitusunt.

3^o. Guttencella seu Bona Cella, olim Dei Cella
 1. Guttencell, Guttencoll, olim etiam Guttens-
 zoll, et Guttencell: Nobile immediatum et
 Imperiale Virginum ~~Ordinis~~ Ordinis Cisterciensis
 Coenobium fluvium inter et Rottam fluvios posi-
 tum 4. miliaribus ad austrum ab Ulma, 3. ad Cou-
 rum à Memminga, et semimilliaribus versus Sep-
 tentrionem ab Ochsenhuse. Circa an. 1240.
 à duabus Sororibus Comitibus de Schloßberg seu
 Schlüsselberg, fratribus earum operam ferentibus, in
 honorem SS. Cosma et Damiani fundatum dici-
 tur; deinde ab Imperatore Rudolpho I. an. 1283.
 praestantibus privilegiis, à Comitibus ab Aicheim
 vero Successiva adeo pinguis praedibus et rediti-
 bus auctum est, ut usque 200. Nobiles Virgines,

praeter Sorores, quas laicas vocant, aluerit. Postmo-
dum autem incendiis et bellis ita deprosum fuit, ut
vix 10. Nobiles Virgines et 8. Sorores laicae incohes-
tari valuerint. Floret tamen hodie dum religionis
abominis Virginibus tum generis nobilitate, tum ad-
mirando virtutum exemplo clarissimis oppide refer-
tum, et ad splendidissimam morum nitelam soler-
tar exultum.

4.º Rodium, Rothum, Rotum, vel Monachorum
Rothum, Coelis Mons, et Coelius Mons |: Münsdorfum,
vel Münsdorfum, et Münsdorf: | Celebre immedia-
tum ac Imperiale Ordinis Bamonstratensis Cenobium
inter Rotam, à qua nomen trahit, et Harlacum flu-
vios situm 2. miliaribus ad occidentem à Memmin-
gâ. Fundatum legitur an. Chr. 1126. in honorem
S. Verene ab Hamma seu, ut alicubi scribitur, Hanna
Baronis et Equitis Aurati Henrici à Wildenberg seu
Wildenweck vidua, et ab ipsius filijs Rhenigeno
et Chunone multis praedijs auctum et dotatum,
qui unam matrem hanc in illius Templo jacent sepul-
ti cum hoc Epitaphio:

Fundatrice Hamma, Rhenigenum credimus esse
Chunonemque sates: chara hic cum matre sepulta.

Initis Praepositos duntaxat habuit, quorum pri-
mus fuit Burchardus ab ipso S. Norberto Ordinis hu-
jus fundatore huc missus. At circa medium saeculi
XII. Abbates habere coepit.

Olim Monasterium hoc opulentissimum fuit ita,
ut 200. Religiosos aluerit. At postea temporum et
hominum injuria in deterioram conditionem actum
est; Triginta quoque annorum bellum, quod post
initium saeculi praeteriti in Germania exortum
est, illud pene ad imitas redegit, et ad miseriarum
cumulum bina scilicet an. 1676. et 1681. acceperunt
incendia, quibus formè collapsum est. Postmo-
dum tamen ita restauratum fuit, ut nunc val-
maximè floreat, quamvis antiquum suum splen-
dorem recuperare haud valuerit.

5.º Ochsenium |: Ochsenfurt: | Spectatissi-
mum Imperiale ac liberum Ordinis S. Benedicti Ce-
nobium Dioecesis Constantiensis, cui jungitur e jus-

dem nominis Oppidum, in amenissimo fertilissimoque agro ad Rotam seu Rodum |: Roth:| fluvium positum 2. miliaribus ad occidentem à Memmingâ, et totidem ad orientem à Biberach.

De illius fundatione omnino quid certum habemus: Haec equidem de eâ narratur: fuisse nimirum antiquitus in perveteri Saeco, quod in Monasterii aditu adhuc extat, ubi nunc est publicum coemeterium, quamdam Monialium congregationem, quae in bellicis tumultibus misera vexata in exilium abiit, mandatis prius terrae suis pretiosioribus et charioribus rebus, inter quas fuit particula S. Crucis, et quidpiam S. Georgii Martyris, cum spe in hoc reditu illas iterum inveniendi: cum interea temporis omnes in exilio suo motus essent, nec ulla rediret, tum earum Coenobium desitit corrumpere. Tandem factum est, ut vos quidam calibus terrae defossa à Monialibus cimelia et ornamenta effoderet, quae cum ad germanos fratres Hartovinum, Conradum, et Adelbertum de Wolkhart-Schwendlori hujus Dominos delata fuissent, ad restituendum hoc Coenobium adiecerunt animum. Igitur ibidem Praeposituram seu Prioratum exstitarunt et dotarunt, illumque S. Blasii in Sylva Hercinia Ordinis S. Benedicti Monasterio et Abbati subiecerunt. Id factum aient an. 1100.

Postmodum Prioratus iste à Domino et potestate Abbatis San Blasiani avulsus Abbatia factus est, illiusque Monachi specialem sibi constituerunt Abbatem. Quando autem id evenerit, non convenit inter Scriptores: quidam arbitrantur id accidisse an. 1391. sub Papa Bonifacio IX. qui illum à potestate Abbatis San-Blasiani exemit ac in Abbatiam erexit Monachis datâ facultate sibi quem vellent, Abbatem eligendi, ac proinde an. 1392. sub directione et auspiciis Burkardi Episcopi Constantiensis et illorum Diocessani ipse Praepositus seu Prior Nicolaus Schmidt seu Trabri in primum Oehrenhusani Monasterii Abbatem electus est. Alii vero contendunt Coenobium istud usque ad tempora Concilii Constantiensis sub dominio Abbatis

tam Urbs evasent, incertum est, quamvis à multo jam tempore Civitas Imperialis sit: verisimile est id sub Imperatore Friderico II. qui an. 1218. electus fuit Imperator et an. 1250. è vivis excepit annis confectus, evenisse cum nampe Reutlinga, Eslinga, Heilbronna, aliasque Suevia Urbes mœnibus et munimentis instructa fuerunt.

Urbs hujus Cives et Magistratus partim Catholici partim Lutherani sunt. Adest in ea Conventum Monialium Tertie Regule S. Francisci, cui an. 1365. initium dedit quaedam vidua Biberacensis Adelheidis Schnellin nomine. Hæc enim specialem domum fundavit pro quinque Virginibus, quæ in eâ Deservirent: hæc an. 1406. Ordini Tertiariarum S. Francisci sub directione Patrum Minorum Conventualium auctoritate Marquardi Episcopi Constantiensis mancipata fuerunt: anno autem 1480. earum directio à B. Conventualibus ad B. Franciscanos observantes ditos translata fuit. Ab anno 1531. quo Lutheranismus Biberaci pullulare coepit, usque ad annum circiter 1546. multas ac graves admodum persecuciones et calamitates pientissima Santimonialis istæ in odium avita Religionis constanti semper animo pertulerunt, tandemque, quod novo Lutheri Evangelio subdi venuerent, omnibus spoliata, et Urbe ejecta Buchoviam ad celebre Nobilium Canonifarum Collegium se receperunt, ubi sub patrocinio ejusdem Collegii Abbatis, quæ eis vitum et amicum suppeditavit, decem annos degere: tum in tumultu Schmalkaldico, jussu Magistratus Biberacensis inde vi abrepta plauris quoque imposita Biberacem reducta fuerunt, ubi diu demis exantlarunt vexationes. Tandem an. 1548. ab Imperatore Carolo V. plenaria possessioni suæ restituta fuerunt, nec non hodie adhuc sub firmâ Catholici Magistratus Biberacensis protectione, ac sub spirituali cura B. Capucinarum, qui etiam ibidem habent Conventum, cum in sancta conversatione degentes ad exemplum ipsius etiam Lutheranis oppido mirandum regularem claustram et ordinem suum omni sollicitudine et sanctitate custodiant.

Memorati R. R. S. S. Capucini eandem sortem habere
 ac ha Sanctimonialia: anno quippe 1619. Biberacum,
 Dagra Satis ferentibus Lutheranis civibus, acitis Coe-
 nobium extra muros conditum, an. 1619. completum,
 et an. 1618. 3. Maji in festo Inventionis S. Crucis Dedica-
 tum fuit. Coenobium hoc quatuordecim annis tenuit
 re Batresisti, ubi enim Sueci victicia arma sua in
 Sueriam neque potenderunt, tum Biberacenses Luthe-
 rani Cives aliarum ejusdem seum religionis Urbium
 imitati exemplum iisdem civitatem suam frustra
 obtinentibus Catholicis tradiderunt, et hoc occasione
 horum Capucinatorum Coenobium a furente plebe Lu-
 therana penitus exisum est. Variante dein bel-
 li fortuna varia etiam fuit Capucinatorum sort, ac mo-
 do cum Casaris urbem obtinuerunt, modo cum eis
 emigrarunt: tandem a Suecis benigne tolerati sta-
 bilitate in Urbe manserunt. Pace dein Westpha-
 lica publica quietis bono composita Batresisti an.
 1659. rexitando Claustro suo animum manum-
 que adiecerunt, ac feliciter an. 1661. perfecerunt,
 in quo et quiete morantur.

Biberaci extat amplum Xenodochium an. 1239.
 a Nobili familia de Esendorff, quae in Arce Horn
 exiguo miliari a Biberaco residebat, atque peni-
 tus defecit, fundatum pro infirmis, orphanis, et
 pauperum liberis, qui ibidem educantur, est eti-
 am innocuorum homicidarum asylum. An. 1516.
 Xenodochium hoc unicum aliquot frumentariis
 apothecis et fere media Urbis parte in flammam et
 fumum abiit: Xenodochium an. 1519. demum res-
 tauratum fuit.

In triginta annorum bello Urbs haec multum afflic-
 ta fuit. An. 1632. frustra eam obsederunt Casaci,
 quam tamen anno sequenti pacis conditionibus obti-
 nerunt. An. 1634. Suecis cepit, quam post pu-
 gnam Nordlingensem deseruerunt. An. 1646. Gal-
 lis se dedit, qui eam Suecis tradiderunt, a quibus
 possessa fuit usque ad pacem Westphalicam. In
 Hispanica Successionis bello ab Electore Bavariae Ma-
 ximiliano occupata fuit, quam post pugnam Hochsta-
 diensem seu Hochstettensem deseruit. Anno 1707.

galli scalis adnotis idam obtinuerunt, et ingentem pecuniarum vim condonati incendii estimationem eidem imperarunt, quantumvis prius jam 11800. florenorum illis solisset.

Biberaci prosequitur viget gossypia tale commercium unde et Testorum Tribus inter alias maxima est. Est patria Joannis Brandmüller in Universitate Basiliensi Theologiae Professoris apud suos celeberrimi, et Carolampudiani de S. Eucharistia opinionis Defensoris acerrimi: obiit Basilea an. 1596. mense Martio aetatis suae anno 63^{to}.

Haud procul à Biberaco extat Balneum Jordanis dictum, quod ex fonte sulphureo prodire videtur: calefit, et tempore venis adversus scabiem aliosque cutis morbos adhibetur.

7^o Buchovia seu Buchangia [; Busfan:] Urbs angusta Imperialis ad lacum pluviarium [; Fudo Dux:] posita 2. miliaribus ad Castrum à Biberaco. In ea collocatum est Imperiale liberum et Principale Praenobilem saecularium Virginum Collegium, ad quod non nisi Comitibus et Baronibus patet aditus. Nullius sunt Ordinis et votis omnibus soluta, siquae ad nuptias ambitae et expositae egredi ac nubere possunt, excepta Abbatisa, cui propter acceptam Pontificiam benedictionem egredi et nubere haud licet; hoc vi Privilegii Caroli V. Imperatoris S. R. I. Princeps est.

Collegium quoque hoc quoad saecularia immediate subiectum est Imperatori, cuius Commissarii sunt Episcopus Constantiensis, in cuius Diocesi situm est, Abbas Campidonensis, et Princeps seu Landgravius Nürstemburgius, qui nomine ipsius illud tutari tenentur ita tamen, ut nullam in ipsum potestatem sibi arrogare audeant.

* Bruschius [; Caspar:] Circa illius originem Bruschius in sua Monaste-Schlakenwerda in riorum Germania Chronologia refert illud initio Bohemiae 16. Augusti an. 1518. natus Coenobium fuisse Sanctimonialium Ordinis S. Augustini ab Adelinde Comitissae Ottonis Caldaricus seu Kesselburgensis [; Von Koppalburg:] conjugae ac Hildebrandi Suaevis Ducis filiae et Hildegardis Caroli Magni Imperatoris uxoris sorore fundatum fuisse, postquam huiusmodi ibidem educatus et licet Maritus ipsius unacum tribus filiis suis committens imbutus fuit. missis cum Hunnis praelis intervenit, vires ipsa-

trasti Augia Divitis vel ^{ut} quidam volunt, S. Galli Benedictini Monachi à Veringensium Comitum pro-
sapia oriundi, qui an. 1054. die 19. Julii mortalita-
tem exiit, et ad quos locus iste pertinet, fuitque
Sedes eorum.

9.º Soratum | Desuffanoiv, Desuffanoiv: | per-
celebre Ordinis Bamonstratensis liberum et Impe-
riale Monasterium Diocesis Constantiensis, pro-
pè fontes Schuffii | Desuff: | fluminis, situm millia-
ri et paulò amplius ad Euronotum à Buchovia.

Fundatum perhibetur an. 1187. sub Imperatore Fri-
derico I. à binis improlibus germanis fratribus Be-
ringero et Conrado Baronibus de Schuffenried Epi-
tibus Auratis in loco, ubi Castorum Sedes eorum erat,
acutis ex Albà seu Minore Augià | Wnysnanai: |
frapris et Religiosis, qui ibid edificarent et in-
colerent; quibus etiam omnia sua prædia possessio-
nè que contulerunt, quam collationem seu donatio-
nem, quò futuris fortè malis obviarent, ab Impera-
tore Friderico confirmari curarunt, necnon bene-
ficiam istud unacum eidem traditis bonis suis et pos-
sionibus, huic Imperatori ita subiecerunt, ut
semper in illius et Successorum horum Imperatorum
speciali tutela permaneret, siquè impediretur,
ne fortè illorum heredes post ipsorum mortem ali-
quid sibi juris ad ea bona et possessiones arrogarent:
Eum Beringerus Monachus conversus ibidem factus
est, Conradus vero novi Castrum Oeconomiam gessit.
At hac precautio minime obfuit, quin post illorum
obitum Conradus de Wartenberg horum binorum fa-
trum sororis filius Soratanorum bonorum heres, ope
Conradi Suevia Ducis, illa, ~~liberamente~~ civitas à Cas-
tro seu Monasterio Soratano Monachis, sibi asse-
rit. Ne ab ipsis ad summum Pontificem delata, is
dictum Conradum de Wartenberg excommunicatio-
nis fulmine percussit, quo factum ut an. 1205. sub
arbitrio Diethelmi Constantiensis Episcopi et quo-
rundam aliorum, conventio inter ipsum et Monachos
inita fuerit, vi cuius, retentis quibusdam bonis, ar-
mularum suorum fundationem, omni ad eam præten-

lione abolita, confirmavit. Trinita hac procella
novum hocce Monasterium omnimodam tranquil-
litatem adeptum est, multisque cum a Summa Se-
de tum a Romanis Imperatoribus et Regibus pre-
claris immunitatibus et juribus ditatum fuit. An.
1441. Praepositus Dorotanus Conradus Rauber in Con-
cilio Basileensi Abbatis dignitate insignitus est.

An. 1632. Succi Cenobium hoc in cineres redege-
runt, illiusque praedia funditus pessumdederunt.
Postmodum tamen et Successu temporis antiquo
splendori restitutum fuit, ac hodieum adhuc in-
signiter clarat.

Sectio VI.

De Principatu Hohenzollerano.

Principatus Hohenzolleranus |: Hofen = Zollern:|
Hofen = Zollern:| Ducatu Wirtembergio, Princi-
patus Hürstenbergio, Austriae-Superiore et Infe-
riore Comitatu Hohenbergensi plerumque clauditur.
Angulum obtusum exhibet, cujusque latitudo est cir-
citer sex miliarium. Componitur ex Comitatu-
bus Hohenzollerano proprio, Sigmaringensi et
Veringensi. Hodie binae sunt Principum Ho-
henzolleranorum familia, ambae Catholicae, qua-
rum una Hechingensis, altera Sigmaringana
dicitur; prior Comitatum Hohenzolleranum propri-
um et quo ad illum pertinent, possidet; ad alteram
pertinent Comitatus et Domitia Sigmaringorum
Veringense, Haigeslochense, et Wehstainense.

Principes Hohenzollerani sunt Hereditarii S. R.
J. Cubicularii, quod munus, qui ex familia annis
Senior est, semper exercet. Regia Borussia et
Brandenburgica Domus ex hac antiquissima Ho-
henzolleranâ prosapia ducit originem.

S. I.

De Comitatu seu Principatu Hohenzolle-
rano proprio.

In eo occurrit jo Hohenzolra |: Hofen = Zollern:|
Castro in eminenti saxo positum, necnon moeni-
bus et propugnaculis apprime instructum semimilia-
ri ad Austrum ab Hechingâ, quod toti Principatui,

ipsisque Principibus nomen tribuit. An. 1422. Septemdecim Urbes Sueviae illud occupaverunt et combusserunt, et an. 1429. cum illius instauratio pararetur, materia fabricaria ab eis incensa et profundata fuit: attamen Comes Ludovicus Nicolaus postmodum illud reaedificavit, et adeo valde munivit, ut Wirtembergenses an. 1632. primum post annuam obsidionem seu circumambitionem illud obtinere valuerint. Domus Austriaca in eo jus habet praesidii. In Austriaca Suevionis bello Galli praesidio nudatum occupaverunt.

2^o. Hechinga |: Gropingum:| Urbs ad fluvium Harzel sita non procul ab Hohenzollera, 4. leuis gallicis ad Austrum à Tubingâ. Sedes illorum Principum Hohenzolleranorum, qui ab eâ Hechingenses nuncupantur. Nomen accepit ab Hechingo Sueviae Duce Frederici primi Comitis Zollerani ex materno sanguine proavo, qui illam exivitavit, unde melius Hechinga quam Hechinga diceretur. Castellum habet ab eodem Frederico constructum. Ei jungitur speciosus Hortus seu Vivarium. Anno 1388, Urbs haec pro 1300. florenis Comiti Wirtembergio oppignorata fuit à Frederico Episcopo Argentiniensi, qui illam Comitibus Hohenzolleranis eripuerat, quam postea tamen à Comite Eberhardo iterum receperunt.

Hechinga floret Collegium Canonorum Saecularium à Comitibus Zolleranis circa an. 1488. fundatum; constat Decano, Parocho, octo Sacellanis, et duobus Diaconis, sive Adjutoribus.

600. ab illâ passibus extat Ordinis Minorum S. Francisci Strictionis observantia aucterium, quod aliquot ab hinc saeculis à quodam Zollerano Comite fundatum, postea neglectum, an. 1586. demum restituit Eutalius Fredericus Comes de Zollern acutis ex Monacensi S. Franciscanorum Monasterio Religiosis, qui illud incolerunt.

In illius Templo Zollerani utriusque Sexus Prin-
cipes habent Sepulturam.

S. II.

De Comitatu seu Principatu Sigma-
ringensi

Comitatus seu Principatus Sigmaringensis |: *Die Grafschaft* vel *das Fürstenthum Sigmaringen*:|
verius Occidentem Hohen Zollerano proprio iungitur et
ad Danubium usque porigitur. Ab eo altera Prin-
cipum Hohen Zolleranorum Sigmaringensis dicitur,
familia Sigmaringensis dicitur, cuius Auctor Comes
Carolus II. an. 1606. diem supremum obiit.

Sub Imperatore Carolo V. extrinsecis Comitibus
Werdenbergensibus, ad quos sub titulo Comitatus
pertinebat, ad Imperium devolutus est, nec-
non ab eodem Imperatore Domini Zolleranae
an. 1529. traditus fuit; unde Domus Austriaca
Supremam in illum jurisdictionem pertendit; Zol-
lerenses tamen hactenus suam Imperii immediata-
tem tenuerunt. *Hæc notandum occurrit*

1.º Sigmaringa |: *Sigmaringen*:| Urbs cum Castro
totius Comitatus Metropolis, et à qua Principes
ipsi, qui in ea resident, nominantur. Sita
est ad dexteram Danubii ripam, qui ibidem pen-
insulam efficit miliarium et amplius ad aquilonem
à Mezkirchis.

2.º Veringa |: *Hovingen Hofvingen*:| Urbs cui-
qua ad Lucartam |: *Lauzfart*:| fluvium sita dua-
bus leucis gallicis ad Septentrionem à Sigmaringâ,
una cum Arce. Est caput ejusdem nominis Comita-
tus, qui olim proprios habuit Comites, fuitque cele-
bris et amplus, ut cuius limites à Suevicis Alpibus
longius ultra Danubium porigebantur, at nunc
artis satis limitibus coarctatus. De hujus Comi-
tatus origine certum quid vix memorari potest. Olim
eidem imperasse dicuntur Comites, quorum prosapia
Cusius à veteribus Varnis Svarie populis derivat,
qui, si cum Comitibus Bilingensibus eandem origi-

1422.
et eton
uatis
reata
rius, H
et ad
1632.
uniba-
Zonus
Austria
Datum
fluvio-
Zolla,
Sedes
qui ab
omni ac-
vici pri-
ine po-
rhinga
habet ab
igitur
1588.
obispo
anti-
is cri-
herbs
Sacula
88. fin-
cella-
inorum
eterium
leano
1586.
de
misa-
olent.

nem non habuerunt, proximi tamen ejus consanguinei fuerunt. Ex hac antiquissima Comitum Veringensium stirpe permulti praestantes Herois, necnon Reipublicae et Ecclesiae apprime utiles viri prodierunt, inter quos haud ultimus fuit Hermannus Contractus Monachus Benedictinus, cujus jam alibi meminimus. Illis extinctis potior eorum Comitatus pars ad Schenckios de Waldburg, Urbs autem Veringa cum suo districtu ad Wendenbergenses, ac tandem, iis demortuis, ad Domum Austriacam peruenit, quam deinde Carolus V. Imperator legitime filio suo Carolo Comiti Hohenollero in Domum Austriacae feudum tradidit.

3.^o Haigerlochia | Haigerloch: | Urbs exigua cum Arce ad Epacum | Eyach: | fluvium, ubi Neco immergitur, sita duabus leucis Gallis versus Scindrum ab Hechinga. Nomen tribuit Tractui, qui ab ea Haigerlochensis dicitur, atque confinis est ad occidentem Comitatus Hohenbergensi inferiori, et Ducatui Wirtembergio; ad orientem vero Principatui Hohenollero proprio. Olim Tractus iste Comitatus nomine veniebat, et ad Comites Hohenburgenses vel Hohenbergenses pertinuit, à quibus ad Domum Austriacam translatus est, et sub finem saeculi XV. ab ea ^{ad} Zoberensem familiam.

4.^o Haigerlochensi Dominio versus Septentrionem jungitur Castrum Wehrsteinium | Wehrstein: | unicum ejusdem nominis districtu. Proprie Comitatus Hohenbergensis pars erat.

Sectio VII.

De Dominis Domus Austriacae in Suevia.

Expenis prioribus Sectionibus Dominis, quae variè Principes, Comites, Barones, Praelati in Suevia possident, superesse modo videtur, ut ea, quae ad Domum Austriacam in eadem provincia pertinent, exponamus. Sunt autem sequentia: Marchionatus Burgoviensis; Litus Schelkingensis; Urbes Ehinga, Munderkinga, Riedlinga, Sulgavia, p. Comitatus Hohenbergensis Superior et Inferior; Landgraviatus Nebenburgensis; Praefectu-

na provincialis Suevia; Comitatus Brigantinus;
Brisgoja, duatuor Urbes Sileatica. Inter quo
Dominia etiam alia, à Domo Austriaca minime
pendentia sed Imperio immediate Subiecta conti-
nentur, quae et simul expendemus.

§. I.

De Marchionatu Burgoviensi.

Marchionatus Burgoviensis: à Marggrafo Hym
Burgau: limites habet ad occidentem et Septen-
trionem Danubium; ad Orientem Episcopatum
Augustanum; et ad Meridiem quaedam Nobilium et
Prælatorum Domina et Comitatum Ruggeranum.
Eius longitudo est 8. milliarium, latitudo totidem.

Olim proprios habuit Marchiones, quibus sub fi-
nem saeculi XIII. vel initio XIV. extinctis
Dominio Austriacæ Sen Habspur-
gica successione factus est. Ba-
vari illum sibi afferere conati sunt, nec tamen
obtinere valuerunt, donec an. 1472. ab Austria-
cis Episcopo Augustano oppignoratus fuit, à quo
deinde Georgius Bavariae Dux illum, datâ ei op-
pignoratâ sorte, obtinuit. At an. 1492. Ar-
chidux Sigmundus deinde illum in formam sub-
ditorum pecuniis redemit, ac postmodum Episco-
po Augustano iterum oppignoravit, quem an.
1559. Ferdinandus I. Imperator, redditâ pignoris
pecuniâ, deinde recepit.

Cum saeculo præterito Galli Marchionatum Ba-
dens-Badensem penitus devastassent, Imperator
Leopoldus I. strenuus Principi Badensi Ludovico
an. 1693. damnum eidem à Gallis illatum resan-
aturus, Marchionatum hunc tradidit; pro quo post-
modum Ortenavianam Brisgoja contiguam provin-
ciam recepit in feudum masculinum, quam poste-
ris suis reliquit.

Hic Notatur
1. Burgovia: Burgau: Urbs Antea instructa,
Marchionatus novem Tribuens, ad Mindelam: Mün-

Del: fluvium Sita, 6. leuis Gallicis versus Occidentem -
ab Augusta, 7. ad Orientem ab Ulmâ sub gr. long.
26. m. 6. lat. 48. m. 29. Imperator Ludovicus
Bavarus eam occupavit, et satis inclementer ha-
bit; quod an. 1371. ubi Bavaros inter et Austriacos
similitates vixerunt, demis factum est.

2^o Guntia, Gundeburgum |; Guntzburg, Guntz-
burg: | Urbs angusta ad Guntiam |; Guntz: | fluvium,
ubi in Danubium influit posita 3. milliariis ad
Euro-Aquilonem ab Ulmâ. In ea sub finem
proteriti seculi et initio praesentis Princeps Ba-
densis Ludovicus resedit. Quidam arbitrantur
urbem hanc esse Antonini Guntiam, at Valserus
vult Antonini Guntiam eam esse, quam supra,
ubi de Principatu Campidonensi, nobis sermo fuit,
retulimus; cui ad stipulatur Ceverius, qui nihilo-
minus hanc Guntiam antiquam esse censet, ac
Constantini Magni Imperatoris aetate Contiam
fuisse nuncupatam.

In ea sunt bina Ordinis S. Francisci Conobia,
unum virorum Capuinarum scilicet; alterum Vir-
ginum, quo Tertiarie vocantur. Binas ex-
citatum fuit circa an. 1510. à Carolo Archiduce
Austria et Burgoviae Marchione. Huic vero
an. 1433. initium dederunt duae Sorores Guntzbur-
genses, quae primum in privatis propriis aedibus
celibatuum servantes raro vita sanctioris exem-
plo praesecerunt, ac postea in per pietatis Studium
alias puellas attraxerunt, et tandem an. 1437. Ter-
tia S. Francisci Regula se mancipaverunt.

Ante aliquot annos Guntiam aucti fuerunt
celebres Patres Sionum Scholarum provincia Austriae,
quibus Rex magnis sumptibus ab Imperatrice
Theresia restaurata, et aedificiis aucta ad incolen-
dum tradita est. In ea Academiam exercent,
ac insuper juventutem masculam à primis littera-
rum clementis ad sublimiores usque disciplinas imbuunt.

3^o Wettenhusium, seu Praelatura Wettenhu-
sana [Ewthausen vel Wathausen] cele-
bre ac perantiquum Imperiale Canoniarum
Regularium Ordinis S. Augustini et Diocesis Au-
gustanae coenobium commodo et eleganti loco
Ulman inter et Augustam ad Camlachium [Cam-
lach] amnem pontum miliarium ad Austrum à Burgo-
via.

Fundatum perhibetur à Gertrude Comitissa
de Roggenstein vidua an. chr. 932. vel, ut ejusdem Co-
nobii Annales habent, 902. fundum et praedia tri-
buentibus ipsius filijs. Conrado et Wernhero, acitis
in illud ex Augustano S. Valerii et Afra Monas-
terio, tunc temporis ab ejusdem Ordinis Canonis Re-
gularibus in habitato Religiosis.

Post foundationem suam Coenobium hoc multos nu-
meravit insignes benefactores, praesertim Henri-
cum V. Burgovia Marchionem et Comitem de
Roggenstein ultimum, qui sub finem saeculi XIII.
vel initio XIV. è vivis excessit.

An. 1412. Si-
gismundus Archidux Austria Abbati Wettenhusia-
no pro certa quadam pecunia Summa Advocatiam
ipsius Monasterii, qua eidem competebat, cessit.

Alia etiam Coenobium hoc Principes Austriaci
Burgovia Marchiones, p. variis juribus et privilegijs
donarunt et cumularunt, qua Imperator Leopoldus
I. novo Diplomate confirmavit, plurimumque au-
xit. At in 30. annorum bello milde Suis afflic-
tum fuit, continuisque hostium dirceptionibus
infestatum ino penitus attritum, et ad incitas
reductum penè omnino defecit, quousque reddita
communi patriae pace, tot ac tantis immanium
persecutionum tempestatibus undique ledatis se-
nior Phoebus illuxit, atque succedentibus annis om-
nino restauratum, murisque et aedificijs à funda-
mento novis instructum fuit.

E Wettenhusio viri morum scientiarumque
virtute praestantes prodierunt, inter quos recen-
seri meretur Franciscus Petrus, qui an. 1699. Sueviam
Eulerasticam Opus percelebre vulgavit.

* Roggenstein Co-
nobium jam ab an. 1324.
in rudicibus suis abs-
conditum, quantum
jactus est lapidis Wet-
tenhusio detans.

* Quidam ajunt illum
an. 1283. obisse,
alii autem an. 1310.
idque verisimilius
ex eo est, quod me-
moria proditum
sit, Civitatem Au-
gustanam an. chr.
1291. Henricum
hunc in advocatum
et protectorem suum
assumpsisse.

Wettenhusium
Ewthausen
Wathausen
Ulman
Augustam
Camlachium
Camlach
pontum
miliarium
ad Austrum
à Burgo-
via
Gertrude
Comitissa
de Roggenstein
vidua
an. chr. 932.
vel
ut ejusdem
Co-
nobii
Annales
habent
902.
fundum
et praedia
tribuentibus
ipsius
filijs
Conrado
et Wernhero
acitis
in illud
ex Augustano
S. Valerii
et Afra
Monas-
terio
tunc temporis
ab ejusdem
Ordinis
Canonis
Regularibus
in habitato
Religiosis
Post foundationem
suam
Coenobium
hoc multos
numeros
insignes
benefactores
praesertim
Henricum
V.
Burgovia
Marchionem
et Comitem
de
Roggenstein
ultimum
qui sub finem
saeculi
XIII.
vel initio
XIV.
è vivis
excessit
An. 1412.
Sigismundus
Archidux
Austria
Abbati
Wettenhusia-
no
pro certa
quadam
pecunia
Summa
Advocatiam
ipsius
Monasterii
qua eidem
compe-
tebat
cessit
Alia etiam
Coenobium
hoc
Principes
Austriaci
Burgovia
Marchiones
p. variis
juribus
et privilegijs
donarunt
et cumularunt
qua Imperator
Leopoldus
I.
novo
Diplomate
confirmavit
plurimumque
auxit
At in 30.
annorum
bello
milde
Suis
afflic-
tum
fuit
continuisque
hostium
dirceptionibus
infestatum
ino penitus
attritum
et ad incitas
reductum
penè
omnino
defecit
quousque
reddita
communi
patriae
pace
tot ac tantis
immanium
persecutionum
tempestatibus
undique
ledatis
senior
Phoebus
illuxit
atque
succedentibus
annis
omnino
restauratum
murisque
et aedificijs
à funda-
mento
novis
instructum
fuit
E Wettenhusio
viri
morum
scientiarumque
virtute
praestantes
prodierunt
inter quos
recen-
seri
meretur
Franciscus
Petrus
qui an.
1699.
Sueviam
Eulerasticam
Opus
percelebre
vulgavit

Qua uisâ hujus Monasterii fundationem quidam Scriptores narrant, scilicet Gestrudem à his filiis tantum agri ad construendum Monasterium impetrasse, quantum unius diei Deurum circum arare possat; tuncque pio dolo commodum ac mira parvitatis aratrum adornans, idque è collo pendulum ac in sinu suo reconditum gestans limites illos, ad quos hodie dum adhuc Monasterium protenditur, felici caleritate circumscripsisse, p. meram fabulam arbitrari.

4. Edelstetum seu Otthinstetum, vel Edelstetense Coenobium: Edelsteden, Edelstäden, Ödelsteden, Otthinsteden, item Etlingsteden: Perilustre Canonissarum Saecularium Collegium ad Mindulam: Mindel: amnem positum duobus milliariis ad Euronotum à Wettenhusio et Semi ab Urspergo, an. 1126. à Gisela seu Giselinâ Comitissa de Schaasbeck et Balghausen pro Monialibus Ordinis S. Benedicti fundatum, cujus et ipsa prima Abbatisa fuit. Modo, quod prius dictum, est Collegium Nobilium Virginum Canonissarum, qua nulli Regula adstricta communem agunt vitam; sola Abbatisa, propter susceptam benedictionem Episcopalem, voto castitatis adstringitur.

Circa hujus Coenobii fundationem redit eadem aratri fabula, quam primum de Wethhusano Monasterio retulimus, hoc tamen discrimine, quod Gestrudis filios suos, Gisela uero fratrem suum Wernherum circumuenisse dicatur, hujusque aratrum argenteum, Gestrudis uero simpliciter exiguum aratrum fuisse memoratur, et ea quoniam metallo confectum fuerit, taceatur.

5. Fuldenbacum seu Fuldenbacense Coenobium: Fultenbarf: antiquissimum Ordinis S. Benedicti Monasterium Diocesis ~~hujus~~ Augustanae mediâ quasi uia, qua Augusta Vindelicorum Dilingam itur, loco amoenis et ualut inter Sylvas collocatum 2. milliariis et Semi ad Euro-Aquilonem à Burgouia,

Idem circa an. ch. 739. S. Wictorius Augustanus
 Episcopus ad S. Bonifacii monitionem fundavit pro
 Anachoretis quibusdam, qui vitæ solitaria cupidi
 in Sylvis circumcirca sancta degabant, quos scilicet in
 eo congregati Regulari et Monastica discipline man-
 ciparentur. Postea Monasterium istud tem-
 porum injuria varie perturbatum pessum ivit. Tan-
 dem tamen circa an. Chr. 1130. idem semis exita-
 vit Canonius quidam Augustanus Gebeon nomine,
 qui dimissa præbenda sua Cathedrali Strictionis vi-
 ta Sacerdotio habitum Monasticum assumens, ibi-
 dem primus Abbas fuisse perhibetur; de quo hæc ver-
 sus:

Cœnobio p̄IMV's generosvs Gebeon Abbas
Præfuit atqve bene profuit Ista Pater.
Ista Monasterium hoc fundavit, vixit et auxit
fundans Stellata sic sibi in arce donum.

6^o Urspergum, seu Prælatia vel Abbatia Urs-
 pergenis | Ursperg, Ursperg, sive Ursperg;
 Magnificum ac percelebre Ordinis Præmonstratensis
 Immediatum ac Imperiale Monasterium Saxe-
 lis Augustana, unicum Oppido ejusdem locum nominis
 ad Mindulam | Mindel | flumen situm Augustum
 Vindeliconum inter et Ulmam leuis circiter gallica
 versus Euronotum ab Edelstato.

Fundatum et extortum perhibetur an. ch. 1125.
 à Wernhero Comite de Schwabeck* et Balzhan-
 sen et ipsius Uxore Richenza nata Marchionissa Aus-
 triæ. Initio Præpositura duntaxat fuit, at an.
 1349. à Clemente Papa VI. Abbatia factum est.
 Quater Cœnobium hoc combustum fuit et pe-
 nitus devastatum, scilicet, an. 1141. 1216. 1525.
 et 1632. postmodum autem semper restaura-
 tum est, necnon privilegia sua, immunita-
 tes et jura à Romanorum Imperatoribus et
 Regibus ^{obstanta} tranquille possedit. Anno 1200.
 Philippus Imperator, quem Otto Wittelspa-
 chius Bambergæ an. 1208. perfide trucidavit,
 illud Nobili cuidam Bertholdo de Neuffen

* Schwabeck Arce
 Comitum Schwabe-
 censiū, qui ex Re-
 gia Bohemorum et
 Hungarorum pro-
 sapia nati fuisse
 dicuntur, Antiqua
 Sedes, 2. miliaris
 à Meude Chiemio
 | Mindrobing | Ur-
 be Austria. Arce
 hæc proavis devas-
 tata et caesa ja-
 cet.

pignoris titulo obligavit; at Monachi Solutis
200. maris Argenti demum libertatem suam ad-
epti sunt.

Inter hujus Monasterii Abbates praecipue cele-
bratur Henricus à Lichtenau, communiter Ab-
bas Urspergensis appellari solitus, qui Cronicon
scripsit à Nino Aphyriorum Rege usque ad tem-
pora Imperatoris Frederici II. productum, et
typis Basileensibus an. 1569. vulgatum, Obiit
Abbas hic an. 1240.

S. II.

De Dominio Schelkingensi et Jus-
tingensi.

Dominium Schelkingense §. Dir Hoopfaßt Dese-
bingen: | limites habet à Septentrione et Orien-
te Ducatum Wirtembergium; ad Occidentem
Baronatum Justingensem, et ad Austum, si ei-
dem Titio Ehingensi jungatur, longius, juxta Da-
nubium porrigitur.

Olim Speciales suos habuit Comites, qui simul
Comites de Monte §. Hon Brog: | diti sunt. Illis
circa medium saeculi XIV. extinctis ad Archiduc-
es Austriae pervenit, qui illud Burcardo de Stadi-
on oppignoraverunt.

Circa medium saeculi
XVII. illius possessores fuerunt Barones Schenkii
de Castello §. Defanck-Hon Castel: | occurrit
1^o Schelkinga §. Deflekingen: | Urbs exigua
cum Castro leuicà Gallicà ad Austum à Blabyria
distant.

2^o Urspringum §. Hoffringun: | celebre Nobi-
lium Virginum Ordinis S. Benedicti Monasteri-
um semi-leuicà Gallicà ad Occidentem à Schel-
Kinga, et duabus ad Septentrionem ab Ehinga,
ad Scaturiginem Acha §. Ach: | fluvioli, qui prope
Blabyriam Blavo §. Blau: | influit, in amoenissi-
mo agro inter montes situm.

Communis opinio est Monasterium hoc aetate
S. Udalrici §. qui an. Chr. 890. natus, an. 923. Episcopus

pius Augustanus factus, tandem postquam 50. annos
 Episcopatus suo Summâ cum laude præfisset an. 973.
 in famâ Sanctitatis è vivis excessit, ac an. 993. San-
 ctorum albo inscriptus fuit, primus exterorum et Ger-
 manorum, qui à Summis Pontificibus inter Sanctos
 volatus fuerit; à suis parentibus fundatum fuisse.
 Anno autem 1127. Sub Imperatore Lothario II. ~~restituitur~~
 à Germanis Nobilioris prosapia militibus Rudigero,
 Adelberto, et Walthero Dominis de Schelkingen
 villâ et Castro auctum ab ipsâ cura et Visitationi
 Wernheri Monasterii S. Georgii in Sylva Nigra Abba-
 tis commendatum est; quod minus ad hanc usque di-
 em illius Successores, qui modò Villingæ resident, exe-
 quuntur. Cùm circa an. Ch. 1250. ~~Imperatoris~~ ^{Im-} q^a fautoribus
 peratoris Frederici II. cui cùm Romanâ Sede gra-
 ves erant simultates, miserè vastatum necnon ferro
 et igne delatum fuisset, Alexander Papa IV. paulo
 post scilicet an. 1258. Monialibus ingentia privile-
 gia ad Monasterii collapsi reedificationem con-
 tulit tandem usurpanda, donec 200. Marcarum Sum-
 mo conficeretur. Archiduces Austria ab an. 1360.

hujus Monasterii sunt Advocati et Tutores.

3^o Ethinga | Eßingon: | Urbis exigua ad Danubium
 posita quinque circiter leucis gallicis ad Africum ab Ul-
 mâ. Antiquissima est, necnon à quibusdam
 putatur esse Ptolomei Dracumna seu Dracuna.

In eâ extat insignis S. S. Minorum Ordinis S. Fran-
 cisci Discalceatorum seu Reformatorum provincia Ty-
 rolenis Coenobium; quibus an. 1638. traditum est
 Templum B. V. Mariae sacrum, in quo ejusdem B. V.
 miraculosa Statua lapidea extat, penes quod ipsi
 Coenobium suum exitarunt. Benedictini Zuri-
 faltenses etiam hic habent Collegium, in quo juven-
 tutem humaniora docent.

4^o Munderkinga | Münderschingen: | Urbis aliquan-
 tum munita ad ripam Danubiî posita, miliarî et pau-
 lo amplius ad Austrum ab Ethingâ. An. 1704. mense
 Mayo Princeps Wirtembergius Alexander Gallos hanc
 urbem obidentes abegit. In ea est Claustrum
 Monialium Tertii Ordinis S. Francisci sub directione

Franciscanorum Discealatorum provincia Tyrolensis.
Illi an. 1460. initium dederunt. Binca huius Urbis vi-
dua, quae à mundana conversatione et rumoribus sae-
culi sua sponte segregata plures juvenulas parvi vitae
generis amulas in consortium suum assumserunt, ac
tandem ex Beginis Moniales factae sunt, et cum in
privatis et propriis aedibus prius vixissent, tandem an.
1686. ex iis Castrum effecerunt.

5^o Tarodunum |: Rirdlingon:| urbs exiguè propè
Danubium sita 2. leuis gallicis ad occidentem à Lam plu-
maris |: Hadros Dor:| B.P. Capuini huc habent Coenobi-
um, quod an. 1552. constriui coeptum an. 1655. com-
pletum fuit. Adest etiam Castrum Monialium
Tertiarium Ordinis S. Francisci an. 1420. fundatum
pro quatuor dumtaxat huius Ordinis Sororibus, quae successu
temporis ad octo succreverunt.

6^o Sulgovia seu Saulgovia |: Dülgañ, Daulgañ,
Daulgañ, Daulgan, Dulsan, et Düllon:| Urbs an-
quæta duabus leuis gallicis ad austrum à Buchoviã
posita Diocesis Constantiensis. Jam saeculo 18.
propriis habuit Comites, quorum Insigne, si documen-
tis Einsidlensibus fides, columna fuit, inter alia ar-
gumentum, Columnenses |: Dio Collonofro:| à
Sulgoviansibus originem trahere. Postmodum
Urbs haec ad Buchoviense Nobilium Virginum Colle-
gium devoluta est, et ab illo ad Bonum Austriacam,
quam ipsa unacum aliis locis Trauchsepsis Waldbur-
gensibus oppignoravit, servatã tamen sibi supre-
mã in eam jurisdictione. Franciscani Disceal-
ceati Provincia Tyrolensis hic habent Coenobium
quod an. 1663. constriui coeptum, an. 1668. feliciter
absolutum fuit. Sulgovia est Patria Sancti
Meinardi Martyris.

7^o Proximè Dominis Schelkingensi adiacet di-
ctio Justingensis Baronibus seu Comitibus de Freyberg
propria, quam, quod nuper audivimus, ante annos
aliquot Dux Wirtembergus ab ipsis emit.

Hic occurrit Justingum Oppidum, à quo dictio
ipsa nomen trahit. Ei impendit Arx.

S. III.

De Comitatu Hohenbergensi.

Comitatus Hohenbergensis | in Graßpfaß & Ho-
sonborg, Hofenborg, Hofamborg, Homborg, Hom-
borg, et Honborg: | ad Nierum | Nochar: | fluvium
situs est; Dividitur in Superiorem et Inferiorem. Am-
bos interjacent Principatus Zolleraus, et Balingen-
se Territorium.

Comitatus iste olim proprios habuit Comites, qui Mo-
nasterii S. Galli Pincerna fuerunt. circa an. 1371.
titulo emtionis ad domum Austriaeam pervenit, ex quo
Comites Hohenzolleraus Urbem et Ditionem Haiger-
lohensem permutationis titulo obtinuerunt.

Inferior Comitatus Ducatu Wirtembergico et Prin-
cipatu Zolleraus clauditur. Eius Longitudo est 4.
milliarium, latitudo fere trium. In eo notatur
i. Rottenburgum | Rottamburg: | Urbis magna Caput
Comitatus ad Sinistram Nieri ripam posita 2. millia-
ris versus Occidentem à Tubingâ, et 3. ad Orientem
ab Horbâ.

Anno 1112. Sub Henrico Imperatore
V. 3. Januarii Urbis hæc magno terræ motu et aqua-
rum inundatione tota corruit ac perdita est. An.
1171. Albertus Comes Hohenbergensis Jennis illam
condidit.

In ea B. B. Carmelita calcanti Monasterium ha-
bant, quinque post Urbis restorationem annis
anno scilicet 1176. ab eodem Alberto Comite funda-
tum; in cujus Bibliotheca Martinus Curius se an.
1595. vetus S. Scripturæ volumen à quadam Virgine
elegantè et clinatè scriptum vidisse aperit. Ad-
sunt etiam B. B. Capucini ab an. 1622.

Anno 1648. Jesuitæ Rottenburgi Senatus-consulto
jus civitatis acceperunt, et facultatem sedem huc figen-
di Collegiumque extruendi donatâ in finem istam
à Senatu Armamentarii nuper incendio consumpti
aræ et pomerio, tum an. 1649. 25. februarii Tubin-
gâ pulsi Patres isti huc migraverunt, et Sibi Colle-
gium excitaverunt, in quo Humaniora, Logicam, et
Theologiam moralem docent.

Rottenburgi antehac etiam duo fuere. Virginum Cenobium, unum quidem ubi nunc S. Societatis Jesu Ecclesia est, alterum vero ubi modo Urbis Ludus Litterarius extat. Unum an. 1495. suffocatum fuit, alterum in triginta annorum bello perisse conjectura est.

2^o. Ehinga |: Egingon:| Urbis angusta ad Iuxeram Niri ripam à regione Rottenburgi sita, et vii Statu super Niriun ponte jungitur. Ad distinctionem alterius ejundem nominis Urbis ad Danubium posita et à nobis supra expensa Ehinga ad Niriun communiter appellari solet.

Habet Ecclesiam Collegiatam honoribus SS: Mauricii Thabea Legionis Ducis et Martyris, et Remigii Episcopi Rhemensis fundatam circa an. Chr. 1320. à Comitibus Hohenbergensibus Rudolpho patre et filiis Alberto, Rudolpho et Hugone pro duodecim Canonis et aliquot Vicariis. Adest etiam extra muros Coenobium Virginum Tertii Ordinis S. Francisci an. 1520. fundari coeptum, quod Claustrum Superius |: Dii Oberr (Cais) | dicitur.

Haec procul ab Urbe prope vicum Niri dicitur in valle Rottenburgensi celebros occurrunt acidulae.

3^o. Horba |: Horb, val hoors:| Urbis exigua et confregosa cum Castello ad Niriun sita 2. et amplius miliaris ad Afrum à Rottenburgo. Olim Urbis ista tribus vicibus Superbiebat, quarum una in foro, ubi nunc est Ecclesia; altera, quae Harrenberga nuncupabatur prope Sacerdum B. V. M. extabat; tertia denique supra montem, qui S. Othilia dicitur posita Urbi impendebat.

In ea florat Canoniconum Saecularium Collegium ab antiquis Comitibus Hohenbergensibus fundatum. Adest S. Franciscanorum Discalceatorum Provincia Tyrolensis Cenobium an. 1665. excitatum in monte ad quem 130. gradibus ascenditur. Item Monialium Tertiae Regulae S. Francisci origines et antiquitatem suam facile praecipuum, ut vii, S. Franciscus Seraphicus adhuc in vivis agente, initium dederint quaedam Virgines, quae mundum aversata simulque

in unum commorantes, et manuali opere victum sibi comparantes, semum antedictam Tertiariam Regulam ad partes germania nostra primum delatam amplecti sunt.

Herba laneorum pannorum negotiatis exeretur, civisque satis commodè vivunt. Urbi Vineta adiacent, quae miserum et penè acerosum vinum proferunt.

Superior Hohenbergensis Comitatus ad Septentrionem Ducatu Wirtembergensi, ad orientem, austrum, et occidentem Dominis Fürtembergis plerumque clauditur. Eius longitudo est octo miliarium, latitudo à Duttlingâ Urbe Wirtembergiâ Schrambergam usque quinque miliaria aequat. Notatur hinc

1^o Trimonium | Triburg | Urbs exigua ad guttam | guttam | in Herimianâ Sylva fluvium in Herimianâ Sylva posita miliaria ad austrum ab Hornbergâ.

Ei imminet mons Supra quem est Templum B. V. Mariae Saronum, et in quo reposita est mirabilis ejusdem B. V. effigies, ad quam undique fideles peregrinantur. Peregrinationem hanc administrant Presbyteri saeculares sub uno Superiore, qui Director nuncupatur.

2^o Villinga | Villingon | Urbs aliquantum munita ad Herimianam Sylvam et propè Brigam | Brig, sive Brigam | fluvium inter montes sita, 2 miliaria ad Septentrionem à fontibus Danubii.

Olim non nisi vius fuit, quem Bertholdus Zaringia Dux an. 1179. urbem fecisse dicitur. Stirpè Zaringensi extinctâ Urbs ad Comites Fürtembergios pervenit, à quibus certâ quadam pecunia Summa libertatem suam emit, ac postmodum se in tutelam Domus Austriacae tradidit, penes quam haecenus permansit.

In triginta annorum bello an. 1633. et 1634. gravissimam et diuturnam hostium sustinuit obsidionem, nec tamen illam obtinere potuerunt. An. 1688. Gallis cepit. An. 1704. Tallardum Bellicum Galum, qui illam obsedit, strenuè repulit. In ultimo Successionis Austriacae Bello Galli eam no-

mine Caroli VII. Imperatoris Bavori occupant; at anno exacto, cum ubique ab Austriacis debellarentur, tormentis suis bellicis spoliatae descenderunt.

Equites Melitenses in ea Domicilium, seu, ut vocant, Commandam habent primitus ab Henrico Comite Turen-
bergio, qui Urbi dominabatur, an. 1207. fundatam

SS. Minoris Ordinis S. Francisci Conventuales Icti hic etiam Coenobium possident ab eodem Comite Henrico aut ejus filio an. 1268. civitatum et dotatum. In eo Venerandi Patros hi Humaniora docent.

SS. Copuini quoque huc adfuit an. 1654. acciti, quorum primus illorum Coenobii lapis eodem anno positus fuit, structura vero ob supervenientes difficultates usque ad an. 1662. dilata, quo valut reposita fuit, et proxime sequenti anno studiosissime propa-
gata.

Monachi Sangeorgiani à suo Coenobio per Du-
cem Wirtembergicum unacum suo Abbate pulsii, quod jam alibi retulimus, huc in Praeposituram suam se receperunt; quam ante annos, divites veteribus aedificiis, in elegans Monasterium è fundamentis unacum magnifico templo erectum converterunt. In eo quoque Humaniores et subli-
miores litteras docent.

Adfuit etiam bina Monialium Coenobia Unum
Ordinis S. Clarae, alterum Ordinis S. Dominici.

30 Rotevila, Rottvila |; Rotwil, Rott-
wil, Rottwil: | Urbs libera et Imperialis, loco
eminenti ad Neccari ripam nec procul ab ipsius fon-
tibus, 2. millibus versus Aquilonem à Vidinga. Ve-
tus est, ut quo jam sub Rege Carolomanno Caroli
Magni fratre steterit. Nomen habere dicitur
à suo fundatore Rudolpho, atque Rudolphi Villa
|; Rudolph=evilla: | dicitur seberet, ex quo nomine
Suephi temporis per syllabarum mutilationem
factum est Rottvilla |; Rottwilla: | et tandem
Rotevila seu Rottvila |; Rottwil: |

Initio non nisi vicum fuisse ajunt ex altera Ne-
cari parte situm, qui in hunc, ubi modo est, locum
translatus Urbs factus est. Munitiones ipsius ad
ritum veterem sunt comparatae, necnon lata et profun-

q posita

Da fossa circumdata. Populosa est, et satis ampla.

Imperialis Curia Tribunal sive ab Hasspolicis Hofe
geniist: unice ab Imperatore pendens nec ullatenus Im-
perio subiectum, quod in hac urbe residet, illam haud
parum spectabilem efficit. Num Suevius Im-
perator Conradus III. Cives, quod eidem adversus Im-
peratorem Lotharium II. fideliter et constanter ad-
haserint, remuneraturus illud circa an. 1146. ere-
xit, incertum omnino est. Extra dubium est illud
an. 1542. ab Imperatore Maximiliano II. Solemni Di-
plomate per modum privilegii confirmatum fuisse;
quod an. 1659. ab Imperatore Leopoldo I. et an. 1705.
ab eius filio Josepho innovatum fuit ac demum confir-
matum.

Nonnisi subordinatum est iudicium, à quo ad Came-
ram Imperialem, vel ad Consilium Imperiale Aulicum
provocari potest: neque etiam illius iurisdictionis ad uni-
versum Imperium dirigitur, verum intra Sueviam,
Franconiam, Circulum Rhenanum Superiorem, et
quasdam Austriacas in Suevia legiones coartatur, à
qua tamen multi Status, praesertim Austriaci, per spe-
cialia privilegia sunt exempti. Illud constitunt
Iudex Curiae, quam dignitatem occupabant Comites Sul-
zii, quorum prosapia an. 1637. extincta Imperator
Leopoldus I. illam Principi Schwarzenbergis ultimi
Sulzii Comitis heredi ac illius descendens contulit,
qui loco sui Vice-Iudicem constituit Comitem vel
Baronem. Sub se habet tredecim Assessores partim
Nobiles partim Urbis Senatores.

De huius Tribunalis abrogatione Osnaburgi, ubi
de pace Imperatorem inter et Regem Sueciae an. 1644.
tractari coepit, actum est, quod negotium tamen ad
Imperii Comitibus remissum fuit, nec de eo amplius
sive in Comitibus sive alibi ulla facta fuit mentio,
quod id haud opus fuerit; enimvero Tribunal istud mo-
do ab omnibus contemnitur, ac omni iudicium auto-
ritate nonnisi nomen et figuram Tribunalis re-
tinet.

Rothwila inter alia privilegia ab Imperatoribus
obtentum, jus videndi monetam auream et argenteam

ab Imperatore Maximiliano I. an. 1512. impetravit per Diploma eodem anno 15. februarii Norimbergae ab ipso datum. Amplus et satis amoenus est, eius tractus multaque Vici Dominatur.

Illam inter et Comites postea Duces Wirtembergios antehac graves vixere simultates. ac praecipua Eberhardus primus Wirtembergia Dux eidem multum negotii facessivit; hinc, ut se adversus ipsum tueri posset, an. 1463. foederi Helvetico accessit, quod sine tamen sua erga Imperium subjectionis praesudicio an. 1519. in perpetuum innovavit. Anno 1477. grave praelium cum dicto Eberhardo iniit. Ipsius Successor Dux Ulricus hostilitates prosecutus an. 1507. illam obsedit; utrisque dein placuit amicitium, atque anno 1511. Tiguri litis eorum plene compositae fuerunt. In triginta annorum bello multis calamitatibus pressa fuit, cumque anno 1632. Casareum praesidium recipisset, hostes eam foedere Helvetico privatam declaraverunt, unde et a Wirtembergis obsessa et occupata fuit, at demum Casareorum facta est. Anno 1643. Holcmarhus Comes de Guebriani Gallii simul et Weimariensis exercitus Dux post binas obsidiones illam pacis conditionibus obtinuit, ubi et ipsemet occubuit; quamprimum autem eodem anno Casareus Bellidum Joannes de Werth copias Weimarienses prope Buttingam profligaverat, tum Rottvila ad Casaros rediit.

Rottvila Equestris Ordo Melitensis Domicilium seu Commendam satis pinguem possidet. Floret etiam ibidem B. Dominicanorum Conventum an. 1282. edificatum. Illius Ecclesia Chorum excitavit B. Albertus Magnus Episcopus Ratisbonensis. Adest etiam Monialium Ordinis S. Dominici Monasterium jam ante 300. et plures annos a duabus Matronis Comitibus, Higone, ut ajunt, Stemmata prognatis fundatum et edificatum.

Capuini quoque an. 1623. hinc introducti fuerunt, qui cum per aliquot annos in privatis aedibus demorati fuissent, tandem an. 1627. in area urbis moe-

nibus attiguâ. Conventum edificare coeperunt primo fundamenti lapide 2. Julii posito. Illud an. 1632. Wirtembergiae copia dimerunt; denique post promulgatam et stabilitam Monasteriensem et Omburgensem pacem, quae Westphalica dicta est, ~~duo~~ tres Capuini intra urbis moenia esloro, ubi ornamentarium fuerat, novum Conobium edificare coeperunt, quod an. 1655. 19. Septembris absolutum est.

Jesuitae etiam in hac Urbe habent Domicilium. Primitus in illam admissi fuerunt an. 1652. ubi annis per viginti circiter commorati fuissent, sed ob inoperatam temporum iniquitatem congruâ sustentatione prope modum exuti essent, vel imiti discesserunt. Eorum vice an. 1690. Subintrarunt Benedictini, qui eodem adhuc anno, quod res eis ad vota non succederent, Stationem suam deseruerunt; tunc demum appetiti Jesuita redditibus amplioribus instructi et uberius ditati an. 1692. redierunt, qui et isthuc ad hunc usque diem feliciter subsistent.

4^o Monasterium Rubroum seu Rottenmünsterense [Rottmünster] alius Valis B.V. Mariae [Marienthal] dictum, Immediatum et Imperiale Conobium Monialium Ordinis Cisterciensis ad ripam Niri et non procul ab ejus fontibus situm mediâ laevâ gallicâ versus Austrum à Rottwilâ.

Quantum ad illius originem quidam autumant illud an. chr. 1126. ab Henrica Baronis de Wildenwoerk conjugis fundatum; at valde incertum est, num Saec. hie Ordo jam tunc in Germania floruerit; unde vorisimiliter alii memorant Monasterium hoc à S. Williburge sub annum circiter 1221. fundatum fuisse, ipsamque in illo primam Abbatissam fuisse sub Honorio III. Papa et Frederico II. Imperatore.

Anno 1224. Dem Papa Honorius propriis quodam Diplomate illud in Specialem Sedis Apostolicae protectionem suscepit: et an. 1237. laudatus Imperator Fredericus pariter illud in suam et Imperii tutelam assumpsit, Sals ad id 3. id. Julii ejusdem anni Spira Solemni Diplomate; cui plures succedentes Imperatores, aliisque

Principes et Magnates alios quoque Superaddiderunt libertates et immunitates, maxime vero Supremum Dominium territoriale, item jus gladii et foresti, p. quorum omnium jussum ad hanc usque diem quietam habet possessionem.

Anno 1660. Coenobium istud diutius satis et tristissimo bellorum disturbio miserrime devastatum et combustum semis restaurari coepit, ac post trium annorum curriculum penitus restitutum fuit.

5.^o Oberndorffium |: Oberndorff:| Urbs angusta, aperta et populosa ad vicum Rota duabus leuis gallicis ad Aquilonem à Rottwilâ. In ea exstat Coenobium R.R. B.P. Eremitarum S. Augustini. Primitus pro ejusdem Ordinis Monialibus ab antiquissimis Comitibus seu Ducibus Teucensibus, quietate Fridericus I. Imperatoris floruerunt, fundatum fuit; quod tandem anno 1517. Anna de Veringen ultima illius Monialis Ordinis sui et provinciae viris tradidit, ipsa vero alio translata est. Florat adhuc Coenobium istud, necnon praecipuis hujus Ordinis Monasteriis adnumeratur, in quo saepius Capitula provincialia celebrata fuerunt. An. 1692. ab hostili Gallorum incursione gravissime fuit afflictum. Similem cladem ac per damnum Urbs ipsa sustinuit.

6.^o Fridinga |: Fridingan:| Urbs exigua ad Danubium posita tribus leuis gallicis ad Rhodanum milliaris ad orientem à Rottwilâ. Anno 1499. Helvetii in bello Suevo illam in cineres redegerunt.

7.^o Buronense seu Beyrense Monasterium |: Buron:| celebre et quondam nobile Canoniorum Regularium Ordinis S. Augustini Coenobium ad ripam Danubii in peramoena et fertili valle duabus iuncta montibus, quos inter ab occidente idem flumen proleunt situm leuis gallica vicius Septentrionem à Fridinga. Fundatum perhibetur anno Ch. 1000. à Berogrino Alemannia Duce in honorem B. V. Mariae, et Canonibus Regularibus Ordinis S. Augustini traditum. Antiquitus non nisi praenobili stemmate.

oriundi in illud suscipiebantur; modo autem civis
honestis parentibus nato patet aditus.

In hujus Superioris Hohenbergensis Comitatus finibus
versus Danubium Situs est Baronatus Entzbergensis,
§. IV.

De Landgraviatu Nellenburgico.

Landgraviatus Nellenburgicus §. sive Landgraffschaft
Nellenburg seu Nollaburg: ab Oriente, Septentrio-
ne et Occidente Principatu Stirtembergis, et ad Me-
ridiem Bago Scassurians et Episcopatu Constantiensi
clauditur. Eius longitudo à Tengâ Stockachium
usque est Septem circiter leucarum Gallicarum, la-
titudo autem à Ratsficella usque ad Achum est
trium.

Olim proprios suos habuit Dominos, qui primum Land-
gravi, postea Comites duntaxat Nellenburgenses et
Tengenses vocati fuerunt, jamque Caroli Magni aetate flo-
ruerunt. Illorum prosapia defuit an. 1592. in per-
sonâ Christophori Ladislai Cathedralis Ecclesiae Argen-
tinae Canonici et Praepositi. Tum Maximilianus
II. Imperator Landgraviatum hunc emtionis titulo Aus-
triaca Domini suae adiecit, penes quam ad hanc usque
diem permanet. Notatur hic

1.º Nellenburgum §. Nollenburg: Castellum ad statu-
riginem Ablai §. Ablau §. fluvii prope Stockachium
urbem positum. ab eo Landgraviatus nomen habet.

2.º Stockachium §. Stockach, Stockheim, et Sto-
ckach: Urbs parva ad eundem leuam nominis flumi-
nem in nonnihil edito colliculo sita 2. milliaris ad
Aquilonem à Ratsficella. Hortis frugiferis, ar-
vis fumentis copiose fecundis, silvis et pratis cingi-
tur. Caput est Landgraviatus. In illa resi-

det Tribunal provinciale, Dicasterium Austriacum, et
Taberna seu Statio veredaria.

Hujus Urbis origo et conditor ignorantur, unde illam
antiquam esse conjiciunt. Verisimile est Veteres
et primos Nellenburgenses Landgravios, sicut Arvis
Nellenburgensis ita et Urbis Stockachensis fuisse con-
ditores.

Multa temporum flumina perrepta est adversa. An.

1291. Albertus Austriacus Rudolphi I. Imperatoris filius, post profligatum Adolphum Imperatorem Nassoviensem, expugnatae juris sui fecit, quae tamen postmodum ad proprium suum Dominum rediit. An. 1499. a duodecim Helvetiorum milibus aeri obidione preffa fuit, quos tamen miles praediorum et Cives sub Marchione Badensi illam solvere coegerunt: hujus Helvetiorum ab hac urbe discessus, qui in Octava festi Corporis Christi contigit, memoria quotannis Solemni et Eucharistica processione celebrari solet, atque dies ista Helvetiorum feria nuncupatur. An. 1633.

Sueci sub Gustavo Hornio Stokachii Statione habuerunt; et urbs haec inde usque ad an. 1640. illorum et procerum Duellensis: Hofentwiel: frequenter hinc inde praedatum grassantis ferocitatem et insolentiam continuo fuit experta; Semina luc pestifera habitatoribus pene vacuata fuit. In Successionis Hispanica bello an. 1703. et 1704. proter exitiales coeque iteratis hostium transitus et diruptiones, die 9. Junii an. 1704. tota in cineres redacta fuit, à quo exiudio nequidem elegans Ecclesia parochialis permanit exenta.

CC. Capucini post diuturnam tum apud Episcopum Constantiensem, tum apud Imperatorem, tum denique in Curia Romana ab an. 1702. usque ad an. 1719. litem cum CC. Franciscanis Disualicatis, qui ibidem Domicilium appetebant, agitatum tandem victoriam reportarunt, atque Stokachii Hospitium obtinuerunt; quod an. 1722. constanti coeptum, an. 1723. absolutum fuit.

3^o. Achopolis seu Achum (: Desf:) Urbs exigua cum Arc, Pyra jucundum rotundumque montem sita 2. miliaribus et semi ad Occidentem à Stokachio. De ea nihil occurrit dicendum.

4^o. Tenga (: Zangen:) Urbs seu Oppidum in confiniis Comitatus Barenis et Bazi Scassusiani sita miliaribus versus Austrum ab Enga.

5^o. Rattolfi-Calla (: Rattolfzbad:) Urbs ad lacum Bodanicum sita 2. miliaribus ad Austrum à Stokachio. ubi Constantiam Lutheranismus seu Distinglianismus implevit, tum Cathedralis

idius Ecclesiae Canonici, ceterique omnes Ecclesiastici
 in unum Consistorio Episcopali huius se receperunt.

S. V.

De provinciali Suevia Praefectura.

Provincialis Suevia Praefectura (i. e. Landvogt) in
 Offenburg: Veteris Suevia Ducatus reliquiae. Li-
 mites habet ad Orientem Comitatum Waldburgien-
 sem, ad Septentrionem Comitatum Koenigsweu-
 len et Principatum Thirstenbergium; ad Occi-
 dentem partem Episcopatus Constantiensis et Laum-
 Aroniam; et ad Austrum Comitatum Brigant-
 inum. Maxima ejus longitudo est circiter
 8. milliarium, latitudo quatuor. Oritur

1^o Pounding, Biteris Abbatia, seu Hortus flo-
 ridus: Baind seu Baint: Immediatum Impe-
 riale Monialium Ordinis Cisterciensis Monasteri-
 um, Diocesis Constantiensis, Leuca gallica ad Septen-
 trionem ab Altoffis ad vineas Suevicas Oppido disti-
 tum. Fundatum dicitur an. 1241. à Conrado Bin-
 cema de Winterstetten, et ab ejus genero Conrado à
 Smalneck liberalissime dotatum; qui cum Fride-
 rici II. Imperatoris Castra secutus in Apulia proalia-
 do interemptus fuisset, ejus uxor Domengardis in eo-
 dem Genobio Monacham induit, ac vitam pie fi-
 nivit.

2^o Altoffium ad vineas (i. e. Altoff): Oppidum ad
 Schupium: Disuff: flumen situm leuca gallica ad
 Septentrionem à Ravensburgo. Vel inde celebratur,
 quod olim famosis Comitibus et Principibus roman-
 dedereit, à quibus Quelzi, et Comites Hohenzollera-
 ni, aliaque praecleara familia traxerunt originem,
 et etiam quod in eo Provinciale Suevicum Tribunal se-
 dem habeat.

In eo extat Gorminum Franciscana Regula con-
 tuberium à Sorvibus Testivis inhabitatum, fun-
 datum an. 1266. ab Hermanno de Brechtenweiler
 Imperialis Monasterii Weingastensis Abbate.

Floruit Monasterium istud sub spirituali cura
 et visitatione R. P. B. B. Conventualium Ordinis S.

Francisci usque ad an. 1525. tum enim pluribus Monialibus ex gremio demortuis, pauca, quae superfuerunt, alias sufficere temporum iniquitate prohibita, fundationum et dotationum suarum litteris, pecuniis quoque et suppellectili sacra et profana, item bonis immobilibus, ut puta agris et vineis, seculari Altorffensi Magistratui in depositum bonafide traditis post sedatas belli procellas semis recipiendis, sponte discesserunt: cumque in hoc exilio vitam finissent, nec proinde redissent, idem Magistratus deposita penes se idcirco bona sibi propria fecit, Monasteriumque in tabernam convertit: verum an. 1573. auctoritate terrae Principis Ferdinandi Austriaci omnia restituere debuit, cum prius duo Moniales Constantia ad capiendam Coenobii huius possessionem huc acuta fuissent.

Fuit et olim in hoc Oppido aliud Virginum Ordinis S. Benedicti Monasterium ab Henrico et Hattâ Principibus Allemanniae Altorffii Comitibus ex potentissima Guelphorum Stirpe prognatis sub an. 910. fundatum, et à S. Conrado eorundem filio et Episcopo Constantiensi liberaliter dotatum et completatum: quibus deinde an. 1047. ad Altonis Monasterium (i. d. d. = Müngtor:) in Superiori Bavaria Diocesis Frisingensis, quod modo Moniales Ordinis S. Birgitta incolunt, translatis successerunt Benedictini, qui postmodum Weingartenses dicti sunt à suo, quod hodie adhuc incolunt, Monasterio, cujus historiam hic breviter teximus.

3^o Weingartum, Wingartum, seu Weingartense vel Ad vineas Monasterium (i. d. d. = Weingarten:) potentissimum, opulentissimum et amplissimum Institutum Benedictini liberum ac Imperiale Monasterium, loco eminenti in extremitate Altorffensis Oppidi positum.

Ilius huius factus origo an. 743. iuxta Mabillonium, vel an. 720. iuxta plerosque Scriptores Germanos S. Alti Scotia Regum sanguine natus Germaniae et imprimis Lyeationum* Apostolus, hanc (i. d. d. = Har:) inter et Gelonem (i. d. d. = Glon seu Glan:) fluvios in Bavaria Superiori Augustam Vindelicorum inter et Firi-

* Lyeatii seu Lyeates veteras in Vindelicis populi, prope Lyeiam,

Singam 4. miliaris ad orientem ab idā, et 9. ad
 occidentem ab istā inter Silvas ac in teris inhospitis
 Monachorum Cellam condidit, quam deinde Pipinus
 Childarici Francia Regis Major Dominus ac postea illius lo-
 co Francorum Rex factus an. 748. vel 750. amplia-
 vit reditibusque auxit, ac Monasterium fecit, illiusque
 primum Abbatem eundem S. Altonam constituit, à ve-
 jus nomine Altonis Monasterium [Alto-Münster:]
 vocatum est. Idud postmodum Isenbodus Nordga-
 via Dux et Comes Altorffensis praedixi auxit; ac si-
 mul in Oppido Altorffensi illud Monialium Benedic-
 tinarum Coenobium, de quo supra differimus, con-
 didit, quod Guelfus I. dotavit, ac postmodum ab Hun-
 garis devastatum illius nepos Henricus restauravit.
 Tandem an. 1049. Guelfo II. facta permutatio-
 ne huius Coenobii Moniales in Altonis Monasteri-
 um transtulit, et eorum loco ejusdem Altonis Mo-
 nasterii Monachos Altorffium perduxit atque in
 illarum Coenobio collocavit; quod iam an. 1053. in-
 cendio perisset, Guelfo III. in proximum S. Martini
 montem seu collem, ubi Regiam habuisse dicitur,
 transtulit, illudque Vinearum [Loringaston:] no-
 mine insignivit. Postmodum Imperator Henricus III.
 qui ab an. 1059. usque ad an. 1056. rebus Imperii praes-
 fuit, illud in suam et Imperii tutelam assumpsit, et
 an. 1053. Inmediatis Imperii Statibus annoveravit.
 In triginta annorum bello an. 1632. et 1634. Suesi
 Monasterium istud occuparunt, atque satis inele-
 menter habuerunt.

Coenobium hoc praeter foundationis huius praedia pos-
 sidet Waldkirchen Beaquisimus Leinwiesen, Lein-
wiesen, quam parvum hunc ~~locum~~ florenorum ab
Episcopis Malitensibus existeret ~~Italis~~ Comitatum
seu Dominium Blumentense in Comitatu Brigantino
à Rudolpho Comite Sulgio 15000. florenorum pretio
entium.

4. Ravenspurgum, Ravenspurgum [Ravenspurg:]
 libera Imperii Urbis ad Schussium [Schuss:] fluvium
 in jucunda et vinetis circumdata valle posita semi-
 miliari et paulo amplius ad austrum ab Altorffio.

Satis concinna est et medicoriter magna, vali-

disique ad antiquum ritum comparatis moenibus instructa.

Ætate Caroli Magni Sedes fuit Comitum Altorffensium, unde illam olim germanice Graßdornburg, id est, Comitis seu Comitum Castrom dictam fuisse à Castro, quod in monte S. Viti |: 84 Vaitb=berg: | collocatum ei impendit, et in quo Comites residerunt: unde quidam illius originem ita referunt; ajunt quippe ad hujus veteris Castri radicem extitisse vicum germanice Gra vonau |: gravenavia: | locus voluptarius Comitum |: 84 Graßdorn luyd=glatz: | dictum, ex quo deinde Urbs facta est, p.

Ex monumentis Monasterii Præmonstratensis Steingadi in Bavaria certum habetur Ravenspurgum olim municipalem civitatem fuisse Comitum Altorffensium, atque primum circa an. 1100, moenibus civitatem fuisse, in eaque Fredericum I. Imperatorem cognomento Ansbardum primam huius curiam accepisse. Hinc libertatem suam seculo XIII. tempore Interregni obtulit. An. 1311. Suevica Nobilitas hinc Troja ludum celebravit. In Civitatum Suevicarum bello anno 1389. illam Bavaria Duxes et illorum foederati obsederunt. An. 1646. Suedi illam occupaverunt et diriperunt; anno sequenti Casaris cepit.

Urbs hæc multis privilegiis et immunitatibus à Rudolpho I. Imperatore Habsburgico et illius in Imperio Successoribus donata fuit. Dominium Smalnacense possidet, quod à Comitibus Werdenbergensibus et Sawmontanis venit. Ceterum illius territorium satis angustum est, in quo Provincialis Austriacæ Sueviæ Prefectura summum habet Imperium.

Magistratus et Cives partim Catholici sunt partim Lutherani.

Ravenspurgi C. C. Carmelitarum mitigati Conobium habent, quod nullo certo fundatore coeptum brevi tamen Spontaneis multorum oblationibus adjutum et absolutum Patres isti an. Chr. 1349. intrarunt. Illius Ecclesiæ navem tenent Lutherani, Carmelitarum vero Chorum Instauravit. C. C. quoque Capuini hinc Conventum possident ab an. 1625. Adiunt etiam Moniales Tertie Regule S. Francisci ab anno 1400.

4.º Augia Alba seu Minor, item Weissenavia, Praelatura Weissenaviensis |: Wrißnau: | vel Mindraue: | Liberum et Imperiale, necnon magnificum Ordinis Brannovratensis Coenobium Diocesis Constantiensis ad Schusium |: Tefuff: | fluvium semi leuâ gallicâ à Ravenspurgis distitum.

Initis sedes fuit piorum aliquot Eremitarum, qua an. 990. in Monasterium conversa fuit. Quod cum lapsu temporis penitus collapsum fuisset Gebizo de Witenburg Stigis, ut quidam volunt, Habsburgica, et soror ejus Louardis Henrici ex Arenhusen conjux illud anno 1145. restaurarunt, ac in Praeposituram Institutum Brannovratensis converterunt, qua anno. 1257. Abbatia facta est, et Henricus ultimus illius Praepositus primus Abbatiali dignitate condecoratus est. Postmodum an. 1282. à Rudolpho Imperatore Habsburgico ejusque conjuge Anna Comitissa Hohenbergensi, qua Basilea in Euleria Cathedrali sepulta quiescit, ita augmentum et completatum fuit, ut Secundi illius fundatores merito habeantur. Ad illius ampliationem alii adhuc Principes et Comites haud parua contulerunt. In elegantia hujus Monasterii Bibliotheca praesolari libri et Manuscripta celeberrimi Adolphi Sconis Medici Bohemici historis et Memmarii Augustani asseruantur.

6.º Buchorna |: Binsorn vel Buifforn: | Urbs vetus libera et Imperialis angusta quidem sed satis opulenta, ad ripam lacus Bodanici orientalem sita dualis leuicis gallicis ad caucum à Langenorga. Nomen suum Germanicum habere dicitur à Sagis |: Büforn: | eoquod olim ibidem Saginetum fuerit.

Antiquitus proprios suos Comites habuit, qui ab ipsius nomine Comites Buchornenses vocati sunt, quibus extinctis ad Comites Altorfenses et Ravenspurgenses peruenit; et ubi hi quoque defecerunt ab Imperatoribus libertate donata fuit ac Immediatis Imperii Urbibus assensa.

Celebre est Emporium omnium mercium, quae à Sancto Gallo seu Helvetia Lauu aduehuntur, ac ulterius in Sueriam vel inde Ienuo in Helvetiam reuehuntur.

Urbs haec sub tutela et praesidio Urbis Uberlingensis degit. Ditioni Bongartensi |: Bom-

trante,
tuffen-
West,
quod
in-
idam
hujus
ice
item
inde
Stae
mogum
Altorf
antam
quom
Pom
i ofen
a hura
do anno
ati ob
ut et
a huc
is huc
ense
Sawo
latis
Sueria
partin
binum
tamen
absolu
Euleria
rum
in possi
tatis

gaston seu Baumgoston: Dominatur, ita tamen, ut Provin-
cialis Suevia Praefectura supremum illius habeat Domi-
nium. An. 1291. Episcopus Constantiensis illam ob-
sedit et occupavit. An. 1363. unanimum omnibus Inven-
mentis suis abiit in flammis. An. 1634. Sueci oc-
cupatam munierunt, et post praelium Nordlingense
ultra illam deseruerunt. An. 1738. mense Martio
incendium passa est, quo Kenodochium, praecipua
turris, Adilatus unanimum omnibus materiis, necnon
aliquot civium Aedes in cineres seductae abierunt.

Magistratus et Cives ad unum Catholici sunt.

7^o Monasterium Hoffense [; Hoff:] Ordinis S. Be-
nedicti ad Littus Aeronii Lacus positum semimiliari ad
Caurum à Buchorna. Fundatum perhibetur An.
Chr. 990. vel, ut alii volunt, 1090. pro Virginibus
Benedictinis à Bertha Gualphonis IV. Noricorum
Ducis et Buchorni Principis germana sorore. Illud
postea sc. an. Chr. 1130. Gualpho VI. Monasterio Wein-
gartensi subiecit, et Chunoni de Thann illius Abba-
ti tradidit. Tandem an. 1420. Monialibus Wein-
gartenses Monachi successerunt, quod ad hanc usque
diem possident. Ante annos veteri dicto Mo-
nasterio novum è fundamentis unanimum Ecclesia
excitatum est.

8^o Wasserburgum seu Wafferburgum [; Waffer-
bürg:] Urbs enigma unanum arce ad orientalem
Lacus Aeronii ripam sita Lindaviam inter et
Langenargam, ab hac ad Orientem et ab illa ad
Occidentem milliari distans. Comitum Mont-
fortensium fuit, à quibus ad Fuggeros pervenit;
modò titulo mentionis est Imperatoris Francisci I.
feliciter regnantis.

9^o Vanga, Vangena, Vermania, Viana, Vimania,
et Wanga [; Wangan:] Libera Imperii Urbs ad su-
periorem Arcum [; Ober-Archen seu Arco:] fluvium,
loco eminenti posita tribus leucis gallicis ad Occiden-
tem ab Jena, et quatuor ad Aquilonem à Lindav-
ia. Satis angusta est, in caepe merentur
videri Ecclesia S. Martini, et Kenodochium, nec-
non Praetorium seu Basilica Civilis. P. Capu-

cini hic etiam Conventum habent ab an. 1654. Cives omnes sunt Catholici. Hic elegans chasta veridaria, linteum, secula aliaque ferramenta conficiuntur, quibus meritis Cives uberimum quastum faciunt.

10.^o Isna |: Isny, Isni, Isno, Isnan, Isna, Isen, Isny, Isno, Isni: | urbs ad ejusdem leum nomini vicum sita 3. milliariibus ad Austrum à Leutkircho.

Quidam nomen ejus à Dea Iside, quæ antiquitus hic culta fuisse dicitur, alii verò communiter ab Isna fluviolo proxime ad eam scaturiente et illius muros aduente derivant. Quantum ad ejus originem conjectura est illam à Romanis exiitatum fuisse, quod varia Inscriptiones, nummi, et alia Romanorum monumenta prodere videntur.

Olim Urbi huic Dominati sunt Comites de Veringen et Nellenburg, à quibus Joanni Dapifero de Waldburg unam territorio Traubburgensi pro 190. Marcis argenteis vendita fuit, à cujus Nepote Ottone Dapifero de Waldburg an. 1368. ipsa libertatem suam pro 9000. libris probatorum obolorum emit, ac eodem anno ab Imperatore Carolo IV. liberis Imperii civitatibus annumerata fuit.

Olim admodum splendida fuit, et ea propter minor Augusta dicta est; verum frequentia, quibus afflicta fuit, incendia splendore suo illam penè deiecerunt: enimvero an. 1084. tota in cineres abit. an. 1401. media illius pars, et an. 1631. tres quadrantes ~~totus~~ in fenum abierunt; tandem primum an. 1721. binis consecutivis incendiis penè tota perit. Olim frequentissimum in ea fuit linteum commercium. Magistratus et Cives Lutheranismum sectantur.

Intra illius muros continetur celebre liberum et Imperiale Ordinis S. Benedicti Coenobium à Manegoldo ejusque filiis Walthero et Wolfrado Veringensibus Comitibus an. 1096. sub Pontificatu Urbani Papæ II. et Imperatore Henrico V. fundatum; cujus primus Abbas S. Manegoldus eodem anno constitutus fuit; hic cum Monachos suos in omni

vita sanctitate instrueret, et sub regularis disciplina rigore coequeret, ab impiis et ingratis quosdam Discipulos paternas illius aspernante monitiones crudeliter occisus illustrem Martyrii coronam promeruit.

Comites Dapiferi de Waldburg ~~ab~~ hujus Monasterii gerunt Advocatiam, simulque Supremum in illud Dominium pertendunt sub obtentu, quod quidem Otto Comes Waldburgensis an. 1365. Ubi sub certis quibusdam conditionibus à suo et suorum Successorum Dominio erant, minime autem Monasterium ipsum; qua de re lis indecisa penes Judicem adhuc pendet; interim Monasterium sua libertate fruatur, atque inter libera et immediata Imperii Coenobia recensetur.

11^o. Eglofense Territorium | Eglof vel Eglopf: | Liber Tractus Jense Ubi versus Cavum contiguus, cujus longitudo est 2. leucarum Gallicarum, et latitudo totidem, et ad Comites de Traun Meffauica proparia |: Moysanif for Linia: | pertinens: inter quos Ernestus, postquam ad Comitis dignitatem saeculo praeterito excoctus fuit, illum à Domo Austriacâ pro 30000. florenorum emit.

12^o. Lindavia, Lindoa, Lindoua, Lindangia, Lindovia, Lindavium, Lintangia, et Phylira |: Lindau, Lindaw, Lindow, Liindow, Lintau, Lintawa, et Lintowa: | Urbs libera Imperialis Lutheranismus addicta, in Lacus Botanici Insula, qua 290. passuum ponte continenti jungitur, sita milliari ad occidentem à Wasserburgo, sub grad. Long. 29. m. 28. Lat. 47. m. 28. Ex una parte, ut jam dictum, 290. passuum ponte continenti jungitur, ex alterâ vero Lacus Botanici ramus totam Lacus Insulam, atque novam efficit, qua ab Incolis specialiter Insula vocatur; eam Piscatores, Nautica, et Textores incolunt, necnon vinea et horti decorant: proprio muro cingitur, et ab ea ad Urbem ope duorum pontium patet aditus, ob id Lindavia Venetiae Sueviae municipari solet.

Nomen illius Germanicum quidam derivant à Tiliis |: Lindon: | que olim hic affatim exarant. Illius exordia satis sunt incerta: conjicere ta-

men licet ipsam Insulam illam esse, in ^{qua} Tiberius Augusti Imperatoris Genas Castra habuit, et unde naves ipsius in Vindelicos excurrerunt: hujus fidem facere videntur Castrum et murus Ethninus dicitur, quo antiqua et valida sunt aedificia, ac primò intuitu veteris cujusdam Romanorum monumenti reliquias exhibent.

Postquam autem Franci Romanos Sueviâ expulerunt, deserta et incolis vacua permansit usque ad an. circiter 810. quo ab Adalberto Comite de Rohrbach Imperatoris Caroli Magni consanguineo et Rhetia Praefecto in ea civitatem fuit Sanctimonialium Ordinis S. Benedicti Coenobium; ad quod inde multi aliunde adventantes sibi in eadem Insula domos construxerunt, quae successive temporis ita creverunt, ut locus ex vicis circa an. 1066. Urbis factus sit.

Comitibus Brigantinis subiecta fuit, à quibus postmodum libertatem suam emit, unde, conjiciunt aliqui illam jam tunc liberam et immediatam Imperii Urbem factam fuisse. Varia, etque praeciosa, sequentibus temporibus obtinuit ab Imperatoribus privilegia.

Anno 1264. penè incendio perit, pari infortunio afflicta fuit an. 1347. et an. 1720. triginta Civium domus unacum aedamentario in cineres redacta fuerunt; ~~offroastropstiana~~ ~~Herzogtum~~ ~~Saxonia~~ ~~De~~ ~~corum~~ ~~1720~~ Anno 1496. Lindavia Imperii Comitibus fieri celebrata, in quibus Imperialis Camera Tribunalis Ordo constitutus est. An. 1647. Succi Urbem hanc novem hebdomadam spatio frustra obsederunt. In Successionis Hispanicae bello Galli quoque eidem oculum adiecerunt.

Lindavia salubris spirat aura, pulchris aedificiis decoratur, estque celebre Emporium, optimaque vini exteri aequè ac indigenitalis commercium exercet. Extra muros versus Aquilonem occurrunt agri, vinea, hortu, vineta, multique vici, quibus ipsa dominatur. Anno circiter 1529. Lutheranismum amplexa est.

Fuit olim Lindavia Coenobium R. Minorum Ordinis S. Francisci ab ipsis primis S. Seraphici Patris adhuc viventis Discipulis à Tridento in Sueviam.

Solatis apparatus an. 1241. Amodo integrum adhuc extat
Sed Religiosis vacuum, ut quos Lutheranismus expulit.

Fuit et Franciscana disciplina foemininum Contu-
bernum an. 1270. fundatum, ut et aliud Monialium
Coenobium eodem an. 1270. vel 1272. excitatum, qua
itidem Lutheranismus perfunderit. **CC.** Capuumi
extra muros etiam habere domicilium ab an. 1624.
usque ad an. 1649. tum enim, ubi vi pacis Westphalicae
pristino juri suo reddita, plebs tumultuosa ex urbe
prolapsa illud diripuit et funditus evertit, ac solo aqua-
vit.

Denique **CC.** Societatis, Jene etiam aliquan-
to tempore, nempe quandis in ea presidium mi-
litare Austriacum fuit, in hac urbe residentiam,
seu, ut vocant, Missionem habere; ubi autem
vi pacis Westphalicae presidium hoc illam deserere
debuit, tum et **CC.** hi unicum illo, ut qui alio titu-
lo ibi non erant, recesserunt.

Lindavia tamen adhuc subsistit Nobilissimum
et Principale, necnon Liborum et Immediatum Im-
periale Virginum Collegium, quod meliori, quam
recensita Monasteria, sorte et constantia veteres
Catholicae Religionis ritus et sacra, contra vim et in-
sidias Civium Lutheranismi Devotorum, ad hanc us-
que diem retinuit.

Ei praest Abbatisa sacris et consuetis Ecclesiae riti-
bus initiari solita, qua inter Liberos ac Immedia-
tos Imperii Status et Ecclesiasticos Circuli Suevici
Principes Suffragium habet. Ipsa sola, prout in simi-
libus pranobilium Virginum Collegiis in more po-
situm est, Stabilitates et continentiae voto tene-
tur; reliquae autem Virgines, quas antiqua et pro-
bata Nobilitatis titulo commendatas; nec enim
aliis aditus patet: sibi libertas habet, cum libuerit,
inde recedere possunt, et ad digna suo gradu con-
nubia transire.

Fundator ejus fuisse circa an. 810. dicitur Adal-
bertus Comes de Rohrbach Imperatoris Caroli M.
consanguineus et Rhetiae Praefectus, quod jam supra
memoravimus. Haec autem foundationis hujus occasio
fuit: cum Comes hic in Aeronio lacu periculosa tem-
pestate periclitatus vocata in opem **SS. ma.** Dei Matre

incolumis in hujus Insula littus ejectus esset, mox in deserto et inulto loco hoc Deiparae Ecclesiam et Sacerum Asceterium edificavit pro Sanctimonialibus Benedictinis atque Landaviam [Landau:] à voce Germanicâ Lândan nuncupavit; ex quo tandem Liudavia [Liudau:] factum est. Illud post à Ludovico Pio, qui ab an. 814. usque ad 848. Imperii clavum tenuit, vel, ut alii volunt, à Ludovico II, qui ab an. 855. usque ad an. 875. Imperator fuit, an. 866. vel 869. confirmatum fuisse dicitur.

Crebra, quae in eo loco Dei Mater in Devotos sibi clientes contulit, beneficia, non modo aliunde adventantium magna exierunt agmina, sed eo impulserunt, ut stabiles sibi in eâ Insula ad arcendam quoque hostium, praesertim Hungarorum, qui tunc Sueviam devastabant, et praedonum vim perquam opportunas sedes deligerent, sic ut Suevis in temporis Urbis exurrexerit, quae eodem ac Asceterium nomine insignita fuit, et quam Nos primum descripsimus.

Ab anno igitur 810. usque ad aetatem Alexandri Papae IV. qui ab an. 1254. usque ad an. 1261. Pontificatum gessit, Institutum Benedictinum in hoc Asceterio viguit; at sub ejus Successore Urbano IV. relicto priori Instituto Regulam S. Augustini amplexa sunt Nobiles haec Virgines: quibus vero causis, quae occasione vivendi rationem immutarint, temporum et variorum eventuum injuria transiit in oblivionem. Tandem exiisse omnis regularis observantiae iugo Canonissae saeculares factae sunt: rei tamen divinae ac psalmodiae quotidianam sicut operam, et ad omnem honestatem suoque respondentem sexui artes ac oeconomicam solertiam educantur.

§. VI.

De Comitatu Brigantino:

Comitatus Brigantinus [die Grafschaft Bregantz seu Bregantz:] aliquot complectitur minores Comitatus, nempe Hohenembriensem, Vallis Isulensem et Schellenbergensem, Blumencensem, Montfor-

tensum, Veldkirchensem, et Sonnenbergensem. Tres prior-
res liberi sunt, et Imperio immediate subiecti.

Ejus longitudo a Septentrione ad Austrum est ferme
13. miliarium, latitudo ab Occidente ad Orientem 7.
Limites habet ad orientem Episcopatum Augustanum
et Tyrolis; ad Austrum Abatiam seu Grisonas; ad
Occidentem Rhenum et Lacum Constantiensem; ad
Septentrionem Provincialem Suevia Praefecturam
et Comitatum Koenigsceos Lotenfelsensem. In
caeleo in eo occurrunt montes praesertim versus Orientem.

Antiquitus eidem speciales Dominati sunt Comites,
qui in Suevia et Halvetia admodum potentes fuerunt,
quorum origo eadem fuit ac Comitum Montfortensium.
Ab his ad Comites Hfulendorffenses, tum initio saeculi
XIII. ad Comites Montfortenses, peruenit. Wilhelmus
Marchio Hohenbergensis ducta in matrimonium Eli-
sabetha nata Comitissa de Montfort partem huius Co-
mitatus obtinuit, quam circa ann. 1450. Sigismundo
Austriaco vendidit. Denique an. 1525. Hugo
Comes de Montfort Archiduci Ferdinando reliquam
partem pro certa pecunia summa reliquit, sique
totus ad Domum Austriacam transiit, penes quam
ad hanc usque diem remanet. Occurrit hic

1^o Brigantia, Bregentium |; Brognatz; totius
Comitatus Metropolis ad Lacum Constantiensem, qui
ibidem Brigantinus vocatur, sita, milliari versus
Orientem a Lindavia. In monte excelso seu pra-
rupto saxo collocata admodum angusta est, ac po-
tius Arcem quamdam quam Urbem exhibet, verum
ad montis radices et iuncta Lacum extat amplissi-
mum et aereans Suburbium. Praesertim ac pra-
rupti montes, et Lacus, quibus cingitur ad eam
aditum angustissimum sique munitam efficiunt.

Creditur esse Strabonis Brigantium, et Antonini
Brigantia. Nomen à veteribus Brigantiis, qui
olim in hac plagâ Dominati sunt, eandem exitarunt,
accepit.

Jam aetate. T. Antonini ipsa extatit,
praesidiumque Romanum habuit adversus Alemannos.

An. ch. 631. S. Gallus hic Evangelium praedica-
vit. An. 948. Hermannus Sueviae Dux ope-

Ottonis I. Imperatoris Castrum Brigantium occupavit.
 an. 1079. Ulricus III. Abbas Sangallensis urbem hanc
 subegit et incendit. An. 1407. Abbatisscellenses et
 Sangallenses illam à 9. novemb. usque ad 13. Januarii
 sequentis anni obsederunt, ubi à Comitibus Brigantinis,
 Montfortensi, Wardenbergensi, Sawomontano, et aliis
 Sueviae et Societatis S. Georgii Nobilibus profligati,
 obsidionem solverunt. An. 1581. grave incendii
 damnum perpeffa est. An. 1646. Suesi eam occu-
 parunt et expilarunt, at quadragesies centenorum
 millium florenorum praedam egerunt. An. 1744.
 mense Octobri in Successione Austriacae bello Gallici
 sub Principe de Clermont illam terram marique
 adorti sunt, verum ab incolis strenue se defendenti-
 bus repulsam passi sunt.

Vineta habet vinum satis exquisitum profe-
 rentia.

Brigantiae B. Capucini habent Conventum ab
 an. 1639. proprius eidem Urbi inter montes etiam
 adjacent bina Sanctimonialium Ordinis S. Francisci
 Monasteria, quorum unum S. Annae, alterum
 Thalbacense nuncupantur.

2^o Augia Major [Mosorvan:] Celebre Ordinis
 S. Benedicti Monasterium Semilena Gallia ad Aus-
 trum à Brigantia ad ripam Lacus Avonii, ubi Bre-
 gans amnis in illum influit, amoenissimo locositum.
 alias etiam Augia Brigantina, sive Monasterium
Brigantium nuncupari solet.

Quidam illud Monasterio Sangallensi antiquius
 esse autumant, eoquod non procul inde in montanis
 S. Galli Oratorium seu Sacellum monstratur humile
 et exiguum aedificium.

Primus hinc appulisse dicitur S. Columbanus, qui
 ob imperium Theoderici Burgundiae Regis concubina-
 tum incessanter redargutum impie Brunehildis
 et Aulicorum factionibus à hoc Luxoviensi Monaste-
 rio pulsus ad Theodebertum Austrasiorum Regem se
 contulit, à quo benigne susceptus facultatem obtinuit
 intra sui Regni terminos habitationem sibi deligen-
 di, cuiusque unum SS. Gallo, Magno et aliis
 quibusdam sociis feliciter hinc venit, et ad normam

Luxoviensis Monasterium condidit in eo cum Discipulis
 suis perpetuo permansurus, atque proximorum Saluti in-
 vigilaturus. At quo magis ipse et ejus comilitones
 animabus Deo lucrando intendebant, eo majus et voluti-
 vatianum ~~adversum~~ ac implacabile probris in se con-
 citarunt Idololatrarum Brigantinorum odium,
 quod eo usque exerevit, ut à Gundone Suevorum Duce
 tunc temporis Ueberlinga residente mandatum obti-
 nuerint, quo ipse et socii solum vestire et sedibus su-
 is cedere jubebantur. Inquit S. Columbanus eorum
 furori ~~opposito~~, postquam ibidem per triennium cum
 Discipulis suis demoratus fuisset, cedere coactus Ita-
 liam versus an. Chr. 613. ad Agilulphum Longobardo-
 rum Regem iter arripuit; S. Gallum vero repentinè
 febri invasum ibidem reliquit adjunctis ipsi in solati-
 um et morbi ~~obsequio~~ levamen Magnualdo et Theo-
 doro Monachis; quibusum sive Barbaros pestatus, sive
 de corporali Sanitate sollicitus, Abbonam se contulit, in-
 deque ~~convalescens~~ evoratus à Fridaburga memorati Gun-
 donis filia Spiritum nequam expulit; unde Divis gratiam
 consentus fuisse, necnon Monachos aliquot eo in loco,
 à quo prius ipse cum Columbanis ac sociis ejectus fuerat,
 iterum collocasse creditur. Tandem postquam verbo et
 exemplo omnem idolorum cultum à Brigantinis
 eliminasset, Abbona supremum diem obiit.

Colapsum dein temporum injuria Brigantinum
 Monasterium Adalvius Rhæthorum et Brigantia
 Comes an. 1098. Jenuò restauravit, et Religioso-
 rum virorum Coloniam ex Aneterio Betonsiano
 demumtam in eo constituit. Illud an. Chr. 1102.
 Rudolphus Comes à Pfullendorff laudati Adalvici
 nepos ita liberaliter dotavit, ut à Monachis Scun-
 dus eorum fundator prædicetur. Cumque
 postmodum iterum abiisset in deteries, B. Wil-
 helmus Abbas Hirsauensis, qui ab an. 1169. us-
 que ad an. 1191. Monasterio suo Sanctissime præ-
 fuit, Gotfridum cum aliquot Monachis illuc mi-
 sit, qui sub Abbatis titulo eundem locum in utroque
 statu corrigens ac reformans consuetudines regulares
 observantia ibidem laudabiliter plantavit, qua
 adhuc ibidem præclarissime vigent.

3^o Comitatus Hohenembriensis | In Graßpfaß Gof-
 fan-Embri: | Imperio immediate subicitur. Situs
 est in valle Rhenana | Ypirtthal: | versus Rhatiam
 seu Grisones, Urbis Brigantine Tractum inter et Comi-
 tatum Montfortensem iuxta Rhenum. Eius
 longitudo ab Oriente ad Occidentem ad duo miliaria
 unum dimidio porrigitur, latitudo autem à Septentrio-
 ne ad Meridiem unum milliare aequat. Occurrit

Embrium, seu Anisum | Embri: | elegans oppidum ad
 praalti montis radices situm 2. miliaris ad Austrum
 à Brigantiâ. Illud magnificentissimum palatium, pretiosum
 vivarium, ampla piscina, et vicina thesauri famo-
 sum satis efficiunt. Eidem imminent bina Cas-
 tra munitissima in apice praerupti montis collocata,
 quorum unum vetus, alterum novum Anisum
 seu Hohenembrium vocantur. Vetus inde celebra-
 tur, quod Imperator Henricus VI. Wilhelmum Fran-
 cedi filium unicum aliquot Nobilibus an. 1194.
 Neapoli captum huius Castro, effossis prius, quod ajunt,
 oculis, incluserit, ubi et vitam unicum sociis suis
 ponit.

4^o Comitatus Montfortensis | In Graßpfaß Mont-
 fort: | De illo supra Sect. VIII. S. III. differimus; nec
 is, quae ibidem circa illum vetulimus, nihil occurrit
 addendum, nisi quod à Castro in monte positum, ~~quod~~
~~Montfortis~~ ~~seu~~ ~~Montfortium~~ dicitur,
 quod Montfortis seu Montfortium dicitur,
 Anisum seu Embrium inter et Veldkircham in monte
 positum, nomen habeat.

5^o Comitatus Veldkirchensis | In Graßpfaß
 Veldkirch: | ad Orientem confinis est Comitatus
 Bist. Blumenacensis, ad Austrum Comitatus Vallis-
 dulcensis et Schellenbergio, ad Occidentem Rheno, et
 ad Septentrionem Comitatus Montfortensi.

In hac ora. Dorsus Romanorum Bellidun Rha-
 tes impugnavit, unde Regio haec à Rheno ad Illam
 | In Ill: | fluvium usque Vallis Dorsiana vocata fuit.

Comites Veldkirchenses posteri fuerunt praeorum
 Montfortensium Comitum, qui jam saeculo IX. flo-

merunt: volent tamen aliqui eos non primos fuisse Veld-
Kirchienses. Comites, sed jam diu ante ipsos alius prosa-
pia Comites huius regionis dominatos fuisse.

Anno 1279 regio haec temporè

An. 1376. Rudolphus Comes prosapia sua ultimus et
improles Comitatum hunc Leopoldo II. Austriaco pro
36000. florenorum summam vendidit. An. 1417. Comi-
ti Teggemburgensi oppignoratus fuit, et an. 1436. de-
nuò redemptus.

In eo Notatur

Veleurium, Franopolis, et Veldkirchia (Veld-
kirch, Veldkirchen, Veldkirchen, Veldkirch) exi-
qua, comita et quarstusosa urbs ad Idam (Id) fluvium
posita milliari ad austrum à Montfortis, et duobus à
Brigantia, sub grad. long. 31. m. 58. lat. 46. m. 48. Ca-
put Comitatus, cui et nomen tribuit, Diocesis Curien-
sis. Romani eam Valerium dixerunt, quod in

vale montibus undique circumdata jaceat. Vete-
res Rhati eam Campum (Gold) vocaverunt, nec non
traditum est, Incolas, ubi Christianam religionem am-
plexi sunt, hoc loco Templum in honorem S. Petri
aedificasse, Urbemque suam Campi Templum (Gold-
kirch) nuncupasse.

Creditur Metropolis fuisse
Istironum seu Esthionum Germaniae populorum,
qui olim ad Rhenum Sedes habuisse dicuntur, unde
postmodum pulsati in Livoniam usque commigra-
verunt.

Ad latus meridionale ei impendit vetus et muni-
tum Castellum in colle positum Schattenburgum
(Schattenburg) dictum, olim Comitum Montforten-
sium Sedes, ad cujus pedem principes Civis, et qui quas-
tum à Comitibus capiebant, ~~omninoque~~ ~~omninoque~~
relicta veteri urbe, aedes construere coeperunt, novam
que urbem fundaverunt. Quod veteris urbis remanens
est, Urbs vetus (Delt-Stadt) vocatur, atque 1500.
passibus ad Caerum à novâ distat.

In hac veteri urbe extat Sanctimonialium Oedi-
nis S. Dominici Monasterium praclarissime res-
tauratum et amplificatum. De eo constat olim
350. Moniales illud incoluisse. Fundator illius igno-
ratur. In hoc Coenobio an. 1710. Praepositus Caro-
nizationis seu Beatificationis Venerabilis Servi Dei
Fidelis Capucini jam olim an. 1622. sub Urbano

viii. Papa reassumptus, et tandem an. 1729. à Papâ Benedicto XIII. finitus, ipseque Fidelis inter Beatos relatus fuit.

In Nova Urbe extat Ordinis S. Benedicti Domicilium, antehac Equitum Melitensium Beneficium, seu, ut vocant, Commenda an. 1218. ab Hugone Comite de Montfort sub Imperatore Frederico II. humiliter fundata, quo an. 1611. Abbati et Conventui ad Vinea |: Woringaston:| 62000. florenorum pretio cum omnibus possessionibus suis venit; et ab his sub finem præteriti sæculi, scilicet an. 1696. Ottenburano Ordinis S. Benedicti Monasterio iterum diremdita fuit.

Patres Societatis Jesu etiam huc habent Collegium parochiali Ecclesia contiguum an. 1649. fundatum et edificatum. Ordo huc modo non amplius extat.

Extra muros quoque adest B.C. Capuccinorum Cenobium ab an. 1605. quod unum cum Templo absolutum, et die S. Andrea Apostolo sævâ Solemni ritu dedicatum fuit ab Episcopo Curiensi. In eo Guardianus fuit B. Fidelis Sigmaringanus, qui apud Grisonos Missionarium agens à furentibus Calvinistis in Catholica Religionis odium sub initium præteriti sæculi timidatus fuit. Illius Caput ibidem in sacello ad ejus honorem edificato et publica populi fidelis devotioni expositum asservatur.

6^o Mons S. Victoris |: D^r. Victor-Berg:| In hoc monte duabus Lemis Gallicis versus Montfortinum Castrum à Veldkirchia disito extat Monasterium B.C. conventuale Ordinis S. Francisci. Monasterio huius originem dedit vita et mors S. Eusebii Martyris, qui natione Scotus, genere Nobilis, professione Monachus San-gabensis, de licentiâ Abbatis sui Monasterium agrestis amore vitæ solitariae in hunc montem suscepit, ac ibidem annos triginta transegit. Subinde ad corrigendos inulti populi mores in subjectam regionem descendere solitus laboris sui mercedem tulit an. 884. falce foenariâ, cum rusticis cuiusdam impietatem redargueret, truncatus capite. Quando autem memorati B.C. Conventuales in hoc monte Domicilium obtinuerint, id nobis est ignotum. Certè memoria proditum est, antiquitus locum hunc ad Monachos San-gabenses pertinuisse.

7^o Vallis Bezaviensis |: Sub Thal Bezau:| Inter

altissimos montes et rupes sita est; necnon etiam Interior
Silva Brigantia nuncupatur. Nos illam Bozaviam
sem vocamus à Bozavis omnium totius Vallis seu Sil-
vae Bagorum pris prinipe, et quasi medietate.

Vallis haec versus Occidentem Territorium Briganti-
num, Anisienque seu Embrium contingit; versus
* Nebelgoja (No. Orientem ad Tyrolin; versus Meridiam Nebelgojam
bolgaw; Distric et Helvetiam; versus Aquilonem autem Wangam-
tis in Comitatu spectat; quamvis ab his, aliisque finitimi-
bus incommensurabilibus jugis, et montibus determinetur,
Velckirchensi et rebus includatur. Toparchia Velckirchensi
in confiniis Hel- et rebus includatur. Toparchia Velckirchensi
vetiae. tota haec Vallis seu Sylva cum Incolis incorporata est;
jura tamen municipalia propria, et privilegia in-
signia possidet; ita ut Praetorem suum, quem Landam-
mannum vocant, tanquam Caput suum liberè salu-
gat, et quidem ritu vix alibi usitato: Velckirchis
namque ibius Toparchia Officiales Austriaci advenien-
tes pro parte Serenissimi Dominatus quatuor ex tota
valle viros designant; à quibus Vallicola unum
in Landammannum hoc ordine creant: Statuentur
quatuor designati ad quatuor diversa loca sub Dio,
tunc dato signo singuli ibidem congregati Vallicola
currunt, quilibet ad eum, quem Landammannum
habere cupit: qui igitur majori concurrentium cu-
mulo circumdatus deprehenditur, hic tanquam suf-
fragiorum pluritate electus salutatur Landamma-
mus; cui etiam quatuor Senatores à Popularibus
adjunguntur; penes quos proinde Oligarchia, et
Summa rerum gubernandarum potestas residet;
ita, ut jura gladii utentes etiam de gravissimis de-
lictis Sententiam ferant, et exequantur. Incertum
unde, quamdiu jam, quibusve meritis hoc Dicaste-
rio potiti fuerint.

In hujus Sylva seu Vallis prinipe Bago Patres
Capucini Cenobium habent ab an. 1655. quod ipsius
Boggi nomine Bozavium dicitur.

80. Comitatus seu Ditis Blumenecensis: Sir Graff-
Blumensack; Velckirchensi ad ori-
entem sita est. Olim proprios habuit Dominos, qui
ab ea nomen habuerunt: iis extinctis. Comites de
Werdenberg illam possederunt, ab his ad Comites de

Brandeis pervenit, postmodum Comites Sulzica potiti sunt, inter quos Rudolphus an. 1613. eandem cum omnibus ad illam pertinentibus Monasterio ad Vineas |: Lirngastan: | Sub Abbate Georgio pro Summa 15000. florenorum in perpetuum vendidit. Nomen habet à Castro, quod duobus fere milliariis versus Orientem à Veldkirchia distitum est.

9^o Vallis Dulcis |: Wadutz, Waldutz: | Comitatus in valle Rhenana et confiniis Rhatia seu Grisonum sita Veldkirchensi Comitatus ad Austrium positus. Saeculo XV. Barones de Schellenberg illum Comitibus de Brandeis vendiderunt, qui postmodum unum cum jure Dominio Schellenbergensi an. 1507. per matrimonium ad Comites Sulzios pervenit. An. 1613. Caspar Comes Hohenembriensis euntionistitulo Comitatum hunc adeptus est: tandem an. 1699. pari titulo Josephi Principis de Lichtenstein factus ~~pro~~ fuit. Hic nihil notandum occurrit praeter ejusdem nominis Castrum in Saxo positum et vico impendens, duobus milliariis ad Austrium à Veldkirchia distitum, antehac Sedes ejusdem Hohenembriensium Comitum familiae.

10^o Mons Solis seu Sonnenberga |: Donnombreg: | Comitatus non procul à Rheno et Valle dulci ad orientem situs, Tyroli ad occidentem, et Prætigavia Grisonum regioni ad Septentrionem. admodum Montosus est.

Hujus nominis Comites jam à multis retro saeculis in Austria domicilium suum stabilivere. Ab his Comitatus iste ad Comites de Werdenberg pervenit, à quibus Eberhardus de Waldpurg an. 1463. pro 30000. florenorum illum emit: cum autem postmodum ratione Summi Imperii lis ipsam inter et Bonum Austriacam orta esset, haec tradita eidem magnâ pecuniarum Summâ Comitatum hunc sibi proprium fecit. Hic notatur

1^o Sonnenberga |: Donnombreg: | Castrum in monte positum et ad Illam |: Ill: | flumen situm. leuca gallica ad Austrium à Blumencico, et duobus ad Orientem à Valle dulci.

2^o Bludentum |: Pludentz: | Ubs enigma Sarda.

nusta Caput Comitatus. Saeculo proterito bis vel ter flammis casualibus combusta fuit. B. Capucini extra. idius muros habent Coenobium, quod via absolutum an. 1651. Calendis Martii incendio consumptum est, sed statim restauratum eodem adhuc anno 28. Augusti ab Ordinario loci consecratum fuit.

Aegio, quam Comitatus hic occupat, Walgovia nuncupatur, quam Illa [Ile:] fluvius profluit, ac postmodum haud procul a Veldkirchio Rheno immergitur.

ii. Vallis Montafina [Montafinorum] [Ile:] sita est in confiniis Prætigaja [Prætigai:] grisonum provincia, quae ipsi Australis est; ad duo circiter miliaria protenditur. Nomen habet à monte, qui Montafinus vocatur, estque pars Rhaetici montis; in eo Illa scaturit, quae Vadam hanc perfluens pludentium versibus cursum suum dirigit, et ad cuius utroque lateris vari Villi numerantur. Caterum hujus Vallis incolae passim male audiunt.

§. VII.

De Brisogja Austriae.

Brisogja, Brisegavia, Brisachgovia, Brisogoria, Bresgovia [Brispigi, Brispigaw, Brisgow, Brispigow, Brispigow, Brisichgow:] pulchra et admodum fertilis, et omnium farinæ rerum ad vitam necessitatem et commodum comparatarum abundantiam percelebris Regis ita, ut totius Sueviae in Germania paradisi esse videatur.

Limites habet ad Orientem Dominium Fürstenbergium in Sylva Nigra; ad Austrum Urbes Sylvestres; ad Occidentem Rhenum, qui illam ab Alsatia separat; et ad Septentrionem Ortenaviam.

Olim provincia haec divisa fuit in Landgraviatum Brisacensem et Comitatum Friburgensem. Marchiones Badenses Landgraviatum Brisacensem possederunt; et Agnes Berchtoldi V. Ducis Sarraviae filia Imperatoris. Comiti Fürstenbergio nupta ad ipsius familiam Comitatum Friburgensem attulit an. Chr. 1228. Modò tota provincia Domini Austriae parat, si quaedam, eaque satis ampla Dominia ad Marchionem Badensem et alios pertinen-

tia, quae nos atibi jam expendimus, emipiantur.

Longitudo ejus à Septentrione ad Austrum est 16. circiter leucarum gallicarum, et maxima latitudo tredacim.

In triginta annorum bello, ut et in eo, quod an. 1672, exortum est, et Lucemburgicum à nomine gallici Belliducis dictum est, gallici Austriacos ea hac provincia deturbare conati sunt: verum pace conclusa iisdem semper restituta fuit. Ocurrit hinc

1^o Trimontium |: Treiburg |: Urbs angusta; de qua supra, ubi nobis ^{de} Superiori Hohenbergensi Comitatu sermo fuit, disserimus S. III. n. 1^o

2^o Waldkirchia |: Waldkirch |: Urbs parva in Hercynia Sylva ad Elziam |: Elz |: fluvium sita è. fere leuis gallicis à Trimontio versus Occidentem à Trimontio, et tribus ad Septentrionem à Treiburg. In triginta annorum bello gallici eam occupaverunt, ac primum an. 1648. in pace Westphalica illam Domini Austriaca restituerunt.

In ea est celebre Canoniorum Saularium Collegium. Olim et à primâ suâ fundatione fuit Monasterium Ordinis S. Benedicti Monachorum fundatum à Burchardo Alemannicarum provinciarum Duce; quibus saulo x. ejusdem Ordinis Moniales successere, quae postmodum saupso Regula S. Benedicti iugo Canonice Saulares factae sunt. Denique an. 1434. per Julium Cardinalem Legatum Apostolicum in Concilio Basiliensi annuente Sigismundo Imperatore Canoniorum Saularium Collegium factum est. Inter hujus Collegii Praepositos maxime celebratur Balthasarus Mercklin J. U. D. ac Imperii Vice Camellarius, qui an. 1529. ad instantiam Imperatoris Caroli V. Episcopus Constantiensis creatus est. Obiit Treviris an. 1531. 52. annos natus.

Leuia gallica versus Austrum ab hac Urbe occurrit Vallis Cotera |: Cotter-Elz |: ubi thesauri sunt Feccosis, Intericis, et Hydropticis, quodajunt, salubres.

3^o Cella S. Mariae |: Sankt-Marien-Zell; vulgò S. Margan |: Canoniorum Regularium S. Augustini in Nigra olim Martiana Sylva Monasterium, Leuia gallica ad Orientem à Benedictinis S. Petri Monasterio, et quinque ad Orientem à Treiburg distitum. Fundatum prohibetur an. 1120, à Brunone de

Hohenberg Cathedralis Ecclesiae Argentinensis Praeposita,
et an. 1125. ab Honorio Papa II. confirmatum. Tan-
dem temporum at hominum injuriâ celebre Monasterium
hoc pene ad inuitas redactum an. Chr. 1370. alii cuiusdam
ejusdem Ordinis Omnium Sanctorum Tribrugi Coenobio subid-
temporis pariter variis calamitatibus afflicto et pene col-
lapso auctoritate Henrici Constantiensis Episcopi anne-
xum, et, ut ajunt, incorporatum fuit.

Anno 1430. hoc S. Maria Coenobium cum omni supellac-
tili sacra aequa ac profana totum in cineres abiit; cum-
que per 30. annos in busto suo quasi consepultum jaciis-
set, illud Abbas Joannes V. de consensu Capituli sui,
cum quaevis attinentis ac bonis etiam immobilibus
S. P. Q. Tribrugiensi plenariè direndidit pro Summa
4800. florenorum; qui tamen ab autoribus vel pos-
teris eorum illis, quibus debebantur, nunquam me-
morati fuerunt seu persoluti. Hinc sequentes Ab-
bates contractum hunc multis scitentem vitis pro-
viribus impugnauerunt; ac tandem apud Judices, eis rem-
perdiderunt, ut post aliquot saeculorum seriem, non
modo fundum Monasterii sui, sed et bona, si non
omnia, saltem aliqua caepe non contemnenda à
Tribrugensibus receperint; undè et hoc adhuc saeculo
in eodem fundo Monasterium et Templum recens
aedificauerunt, in quo nunc laudabiliter et pie Deo
seruiunt.

4^o S. Petri |: 7^o Hator: | Celeberrimum Ordinis
S. Benedicti Monasterium in Horiniâ Sylva situm
tribus milliariis communibus ad Orientem à Tribrugo.
Fundatum perhibetur an. ch. 1093. à Berchtoldo
II. Jaringia Dahine Alemannia Duce, et à Beato Geb-
hardo ejus fratre germano et Constantiensis Episcopo Se-
disque Apostolica per Germaniam Legato conserva-
tum.

Berchtoldus iste an. chr. 1111. diem supremum obiisse
dicitur. Uxorem habuit Agnetem Regis Arelatensis
filiam. Ambo tumulati sunt in hujus Monasterii
Templo ante Altare S. Crucis, ubi honestissimam sibi et
Successoribus suis comparaverant sepulturam.

Floret etiamnum adhuc vetustissimum hoc S. Petri
Coenobium, quamvis in Suevis et aliis, quae secuta sunt
Galliam inter et Imperium bellis continuis veluti hosti-
um exactionibus terribiliter infestatum fuerit.

50. Guntherina Valdis |: Guntersrod-Isal:| Celebre ac
magnificum Bracobilium Virginum Ordinis Cisterien-
sis Coenobium communiter Guntherthalense nuncupa-
tum, in valle amoenissima situm Lemia gallica versus
Euronotum à Freiburgo.

Emittatum perhibetur an. 1224. ejusque benefactores
et dotatores fuerunt Illustres Comites de Freiburg, et No-
biles viri à Keyperbach, itemque nobiles De Blumencich,
De Klingenberg, aliique, quorum ibidem plurima et
praeciosa sunt Mausolea. Prima illius Abbatisa fuit
Adelheidis electa eodem anno 1224. quae amplius quin-
quaginta ~~annis~~ quinque annos cum laude praefuit.

Anno 1480. in festo S. Mariae Magdalena, Coenobium
hoc ingenti aquarum inundatione penè submersum
est, in eo quippe adeò stagnavit aqua, ut umbilico-
tamus in perystilio, in Templo homines in eà starent,
à coemeterio sana sepulchralia abducta, p. Anfu-
gerunt Moniales in vicinam eodem, ubi in casa rus-
tica Deum et Sanctos precibus onerabant. Cessavit
tandem malum, ipsaque Coenobium repatière.

Ante annos dicto veteris Monasterii aedificio no-
vum à fundamentis emittatum fuit, quod magnifi-
centia sua vix unquam alteri Sanctimonialium
a veteris cedere videtur, in quo pia nobiles haec
virgines Deo laudabiliter servant.

50. Freiburgum |: Fryburg, seu Fryburg:| Urbs
venusta et Caput Brisgoja, olim validissimum propu-
gnaculum ad Treisam fluvium sita in aditu Sylva
Nigra, 3. miliaris ad orientem à Brisaco.

Ortum suum habere dicitur à Metabaris, qui Me-
tali fodina non procul abhinc extantis gratia quam-
plures domos ibidem sibi construxerunt, quae viam
effecerunt, quem an. 1118. vel 1120. Berchtoldus III.
Zaringiae Dux urbem fecit, juxta hos verus, quo-
rum memoria adhuc superest:

Anno millesimo centeno bis quoque deno
Frayburg fundatur, Berchtoldus Dux Dominatur.
Novam hanc urbem etiam tot tantisque privi-

legis et immunitatibus donavit, ut hucusque temporis Urbs
 municipalis esse detraheret. Extinctis Zaringia Du-
 cibus ad Comites Hürstbergios an. 1218. ope matrimonii
 devoluta est; inter quos Egoni II. Dissensio fuit cum
 Civibus libertatem suam adversus ipsum tuentibus.
 Comes supplicis ab Episcopo Argentinensi acceptis Urbem
 aviter impugnavit; nec tamen quidquam obtinuit, nisi
 quod an. 1293. transactis inita fuerit, vi cuius Urbi jus
 presidii assertum fuit, Comitesque spondarunt se
 adversus illam nullum cum quoquam foedus inita-
 ros, nec ibi Civis ad sua tribunalia tracturos. Post-
 modum tamen Egon III. deinde Simultates cum hac
 Urbe gessit, et à Civibus expulsus fuit, qui deinceps
 illimitatam Comitibus prestare obedientiam detraha-
 runt; unde an. 1327. sine ipsorum consensu cum aliis Urbi-
 bus, et an. 1350. cum Austria Ducibus adversus Tigurinos
 idem foedus inisse legitur. Mortuo Friderico Comite
 Hürstbergio Frisburgenses filia ipsius Clara, qua
 Gogoni Comiti Palatino Tubingensi nupsit, se
 submiscent, obnuntiavit quidem Egon IV. huius Cla-
 ra patris, idque effecit, ut post dicta Clara rep-
 tis ipsius mortem numerata quadam pecunia sum-
 ma Urbi Dominium obtinuerit, sed an. 1366.
 orta ipsum inter et Civis dissensione, hi illum
 exturbaverunt, exiit, quod Urbi impendebat, ipsius
 Castro. Tandem ea ratione lis inter eos com-
 posita fuit, ut Comes pro summa 20000. Marcarum
 assenti totum, quod ipsi in illorum Urbem compete-
 bat, Dominium Civibus vendiderit; et quia Dominus
 Austriaca has pecunias suppeditavit, hinc Frisbur-
 genses an. 1368. se illius Dominatui subdidit.
 Urbi autem Archiducem Fridericum in Concilio Con-
 stantiensi ab Imperatore Sigismundo proscriptus
 fuit, Urbs hoc Imperio adjecta fuit; at postmo-
 dum deinde eam recepit. Ab eo tempore semper Do-
 mini Austriaca ad hanc usque diem paruit.
 In triginta annorum bello et sequentibus bellis
 Urbs multas exullavit calamitates, moxque hosti-
 um moxque amicorum fuit. An. 1632. Suedi illam
 occupaverunt, quibus brevi post à Casaribus erepta
 fuit. at an. 1634. et 1638. Suedi deinde bis illam ob-
 tinerunt, penes quos mansit usque ad an. 1648.

quo pax ipsos inter et Imperium conclusa fuit. Anno 1677. Galli mediâ et rigida hyeme vel proditione vel perfidantia Cæsaris illam subegerunt, atque subversis et excisis aliquot ipsius Suburbii unicum cum omnibus aedificiis, et Religionis, quae in eis contabant, domibus, tot tantisque munitionibus auerunt, ut inter praestantissima totius Europa propugnacula recenseri mereant, duobus Castris, quae eidem à monte imminabant, tertium ibudque amplum adiderunt, eaque validis munimentis instruxerunt. An. 1697. in pace Rinvicensi Domini Austriae restituta fuit. An. 1713. in Successionis Hispanica bello post duorum fere mensium obsidionem Galli sub Duce Villarhis illam pacis conditionibus obtinuerunt, at anno 1715. post pacem Rastadiensem seu Badensem Denno ad Austriam rediit. Tandem an. 1744. in Successionis Austriae bello iudem Galli sub ipso Franciae Rege Ludovico XV. post 45. dierum obsidionem illa potiti sunt, ac postmodum penitus illam demoliti fuerunt, adeo, ut modo muris omnibus nudata vicum dumtaxat referat: Castra vero eidem à monte impendentia ita existerunt, ut illorum nec minimum amplius appareat vestigium.

Triburgi residet Anterioris Austriae Diasterium seu Regimen. Adest etiam celebris Universitas anno 1460. vel 1463. ab Archiduce Alberto fundata.

Hic etiam videri meretur Templum principale ex lapidibus quadris constructum unicum pretioso campanili, quod Argentoratensi vix cedere videtur, nisi quod istud ad 574. pedes dumtaxat in altum porrigatur, Argentoratense vero ad 574. à Duce Saringia Conrado an. 1152. constructum coeptum est.

Adiunt etiam varia utriusque Sexus Monasteria, ut Cenobium Canoniorum Regularium Ordinis S. Augustini an. 1300. à nobili viro Ivone filii Joanne Waldkirchio, seu Herman de Waldkirch communiter appellato sub titulo et invocatione Omnium Sanctorum fundatum et constructum introductis in illud à Marbacensi in Alsatiâ Superiori Cenobio ejusdem Instituti Religionis; ipsaque duo Religionis hujus humo habitu reliquam vitam sub suavi obedientia iugo

in illo transigit, tandemque an. 1317. pia in Domino obiit posito illi hoc Epitaphio:

Anno 1317. obiit Ivo dictus Amman de Waldkirch miles, hujus Collegii Fundator et Conversus.

Cum vero Coenobium hoc mox ab initio prima sua fundationis ob magnas discordias et funesta bella inter Comites Friburgenses et Cives Friburgenses agitata graviter admodum periclitari coepisset, speciali cura Abbatis Cönglingensis ab Eberhardo Episcopo Constantiensi tanquam loci Ordinarius an. 1312. demandatum fuit. Denique anno 1340. cum se solo et propriis viribus subsistere amplius non valeret Abbatia Herimiana vulgò Cella Mariae!

Morsggen! nuncupata, de qua supra n. 3. egimus, ~~compositum~~ eo temporis pariter agonizanti fuit additum et incorporatum; unde deinceps duobus istis Monasteriis unius duntaxat praefuit ac etiamnum praesert Antistes.

BB. Prædicatores Ordinis S. Dominici. huius etiam habent Conventum ab an. 1236. quo à quatuor Senatoribus et cunctis Civibus annuente Rudolpho Urbis Plebano huc ad manendum vocati fuerunt.

Adiunt quoque BB. Eremitæ Augustiniani, quorum Celsaria omnium, si principalem excipias, qua in hac Urbe extant, facile speciosissima est. De illorum Conventu primâ et geminâ origine nihil certi scimus.

BB. Franciscani Friburgi etiam possident Monasterium an. 1226. fundatum. Illud primitus incolebant BB. Conventuales Ordinis S. Francisci usque ad an. 1515. tunc enim S. Augusti auctoritate Leonis Papa X. et Maximiliani I. Imperatoris iis extorrisis strictioris Observantia Franciscani provincia Argentinae in illud introducti fuerunt, qui in illo permanserunt usque ad an. 1580. tunc enim vocens erecta BB. Minorum S. Francisci de Observantia Tyrolensi provincia adjectum fuit.

BB. Capucini huius etiam habent Coenobium ab anno 1600.

Adest etiam Domicilium Ordinis S. Antonii primi Eremitæ, quod modo Sequioris Sexus personæ incolunt ceterâ Magistratui Urbis pecuniarum summâ exhiberi solita, vocanturque Alumni S. Antonii, vulgò S. Antonii Hofmeisteren.

Item Domicilium Equestri Ordinis Teutonicorum. Adfuit etiam Domicilium Equitum Melitensium,

quod ubi anno 1677. Galli Urbe potiti sunt, eamque novis
munitionibus augere coeperunt, unicum Suburbio, in quo
situm erat, protinus novam aedificiis appertinentibus di-
cutum, et solo aequatum est.

Etiam C. B. Ordinis S. guilielmi Coenobium huc habue-
runt, qui, postquam Galli an. 1677. Urbe potiti sunt, re-
lictis Coenobio suo, ad proprium fundum suum pagum vide-
licet Oberriedensem 2. miliaris ad Evonotum à Friburgo
distantem Semigrarunt, ibique novum sibi excitaverunt
Claustrale Domicilium; in quo cum post initium Sauli
hujus disciplina et regularis observantia laborare coe-
pisset, auctoritate Sedis Apostolica et Imperatoris Caroli
VI. illud Abbatia San-Blasiana Ordinis S. Benedicti ple-
nè adjectum fuit et incorporatum unicum illius Mona-
chis, qui ex guilielmitis facti sunt Benedictini. Adsumt quoque varia

Jesuita quoque Friburgi magnificentiam habent ^{tant} Col- ^{varii} Ordinis Mo-
legium à Leopoldo Archiduce Austria Episcopo Ar- ^{nialium} Monas-
gentoratensi et Patavicensi an. 1628. in Urbem et ^{teria.}
Academiam introducti, in qua praeter humaniores
Litteras, Philosophiam, Theologiam, Mathesin,
Historiam, p. docent. modo adsumt etiam aliorum Ordinum Professores,

Non procul ab hac Urbe, et in pede Montis, qui ^{et Jesuitarum}
S. Joannis Baptista dicitur, ^{ordo extimatus}
S. Joannis Baptista dicitur, ^{est.}
Casturianorum Coenobium fundatum an. 1347.
à Joanne Suealin alias Grefet appellato Urbis Con-
sule,

70. Zaringia |: Zärsingen, Zärsingen, et Zärsingen;
vetustissimum et dirutum Castrum montanum una-
cum ejusdem ^{nomine} ^{comitis} Bago Semileneâ Gallia ad Septen-
trionem à Friburgo distans. Mons, in quo Castrum
positum erat, satis altus est, Castrum autem peni-
tus excisum est ita, ut ex eo nihil supersit, nisi turris
cujusdam species. Illud Berchtoldus I. Dux Zaria-
giae prope ejusdem nominis vicum Saeculo XI. excita-
vit, fuitque Domus natalis celeberrimorum veterum hujus
nominis Ducum: in eo quippe veteres Comites, post-
modum Duxes Zaringiae, postquam Saeculo XII. ab eo
nuncupari voluerunt, residere soliti sunt. Initio
Ducatus iste Comitatus fuit, postea Marggravia-
tus, et tandem Ducatus factus est per Brisgojam et
Helvetiam porrectus. Horum Ducum ultimus fuit
Berchtoldus V. qui filius suis superavit. Post ejus

mortem, quam an. 1218. Subit, ipsius Dominiã divisa fuisse inter Comites Kyburgenses et Fürstenbergios. Ab horum Ducum Stiope genus ducunt Marchiones Badenses et Hochbergenses.

8.º Brisacum, Brisacus, Brisiaus Mons; Brisaf, Borisaf, Borisaf, et Ort-Borisaf: Urbs sita ad ripam Rheni Orientalem in cammine seu superficiei montis rotundi ad 60. orgyas in altum porrecti, quatuor leuis gallicis ad occidentem à Friburgo, et totidem ad Septentrionem à Neoburgo, sub gr. long. 29. m. 20. lat. 47. m. 59.

Ab illa Brisgoja nomen suum habere videtur, unde et arbitrantur aliqui illam hujus provincie Metropolim fuisse.

Circa illius originem Scriptores memorant Imperatorem Marcum Aurelium Probum Jovitis an. Chr. 286. Alemannis, omnique Rhenum inter et Nierum coloratã regione in Provinciam redactã, ad Rheni ripam multa propugnacula exuisse; et post ipsum Imperatorem Valentinianum I. qui ab an. Chr. 364. usque ad an. 375. Imperium moderatus est, justã eundem annum plusquam 30. munimenta exuisse, inter quae utique Brisacum fuit vel à Valentiniano vel ab Aurelio Probo excitatum.

Tunc temporis propugnaculum hoc ad Cavam Rheni ripam, proinde in ea regione, qua nunc Alsatia vocatur, coloratum erat; at ubi ante quamplurimã sæcula Rhenus cursum suum mutavit, illud ad Jentervam suam ripam, et eo, quo nunc est loco, transtulit: hujus rei clarum argumentum habetur ex Itinerario Antonini, et variis veterum Scriptorum testimoniis: præterea etiam prope ipsam Urbem versus Orientem et alibi infra illam aperta veteris hujus Rheni cursus vestigia reperiantur.

A centum, et quod exsuperat, annis Urbs hæc semper velut omnium fere totius Europæ Urbium arte et naturã munitissima fuit habita; unde et Saxi Romani, Imperii pulvinar, et Germania clavis nuncupata fuit. Verum succedentibus temporibus variam experta est sortem: proximè, ut nos annotavimus, Romanorum fuit; ab iis ad Francos transiit, et quidem ad no-

bilem prosapiam Harlungorum seu Harlingorum. Etate
 Ottonis I. Imperatoris, qui ab an. 936. usque ad an. 973.
 clavum Imperii tenuit, Comes Salatinus Eberhardus,
 qui ab Imperatore Carolo Magno genus duxisse dicitur,
 illam possedit, cum autem ~~homo~~ Imperatori infensus esset,
 hic eam obsedit ac obtinuit, namque Imperii Urbem fe-
 cit. Fridericus Archiepiscopus Moguntinus e Duci-
bus Lotharingia eundem Ottonem, cum quo Simul-
tates gerebat, fugiens Brisavum, tractis ad suas partes civi-
 bus, velut ad commune profugium illorum, qui con-
 tra Deum et Imperatorem deliquerant, an. 953. se
 recepit. Sub Henrico II. qui ab an. 1001. usque ad
 an. 1024. rebus Imperii praeiit, Hermannus Sue-
 via Dux Urbem hanc Stratagemate obtinuit adver-
 sus Episcopos Basileensem et Argentinensem, qui
 illam tueri conabantur. Saeculo XIII. Otto
 IV. Imperator, rebus suis adversus amicum suum
 Fridericum II. in pejus venientibus Brisavum se con-
 tulit, ubi, cum illius milites invidiosius
 et tanquam hostes infensissimi haberent, hi barba-
 ram hanc illorum agendi rationem hanc amplius per-
 fere valentes conditis die et hora illos fere omnes
 tenuerunt: tum Imperator civium favori se sub-
 dicens unacum domesticis suis Urbe exiit, quam
 postmodum Bertoldo V. Zaringia Duci dono dedit,
 eo an. 1218. fatis funto illius possessionem cepit. Epis-
copus Basiliensis, et ab Imperatore Friderico II.
 ippius Investituram obtinuit. Anno 1268. Rudol-
phus Habsburgicus, cui cum Bertoldo Episcopo Ba-
 sileensi ex Comitibus Tirolensibus Episc. Simul-
tates erant, Rheno cum aliquot Equitibus transito
 inopinanter illam adortus occupavit: verum 1272.
 Imperator factus cum Henrico III. ejusdem Berthol-
 di Successore pacem inuit, acceptisque 900. Marcis
 argenti eidem Urbem hanc restituit. Post-
 modum tamen ipsa denuo redit ad Imperium,
 et penes illud permansit usque ad tempora Impe-
 ratoris Ludovici Bavari; hic enim, mortuo Friderico
 Gulibros amulo suo, cum Ottono et Alberto Ducibus
 Austriacis pacem inuit, partis Ottoni in belli expen-
 sas 20000. florenorum, cujus Summa loco quatuor
 Imperii Urbes eidem oppignoravit, Scaphuriam nem-
 pe, Rhenofeldam, Neoburgum, et Tigurum:

fuit
 ab hono
 denses et
 Brisach,
 ita ad-
 spicie.
 quatuor
 dom ad
 1. 20. lat
 tur, un-
 ca Matr
 erator
 6. Ale-
 collocata
 ram nul
 perato-
 ad an.
 unum
 si uti-
 ab Au-
 can hie.
 illa-
 te quam
 muta-
 que
 una ar-
 ini,
 exteri
 at ali-
 urbis
 ca hon-
 obium
 unde
 roma-
 succed
 stum
 orum
 ad se

at quia Tigurum ab Imperio divelli detrahebat, ejus loco eidem Brisacum dedit. Post obitum Ludovici Imperatoris Brisacenses arbitrati se ab ulteriori Subjectione immunes fore, antiquam libertatem suam recuperare conati sunt; verum Imperator Carolus IV. ejus in Imperio Insuper, illos Domini Austriacae Dennis subjecit. Anno 1469. vel 1470. Archidux Austriae Sigismundus possessiones suas, quas in Brisgogâ, Alsatia, et alibi habebat, unacum Brisaco Burgundiae Duci Carolo pro quadam pecuniarum Summâ oppignoravit, reservato tamen sibi redemptiois, seu, ut ajunt, redemptiois jure. At vero possessiones haec haud diu sub ejus Dominio fuere; cum enim Petrus de Hagenbach, quem isdem profecerat, subditos immaniter premeret, hi magnis precibus apud Archiducem Sigismundum institerunt, quò redempto pignore, illos ab hujus Praefecti tyrannide liberaret: Anno igitur 1474. Duci Burgundiae redhibita, quam pro accepto pignore capserat, pecunia fuit, et quamvis, sub vans quidem potestate, eam acceptare renuisset, nihilominus subditi ab ejus obedientiâ et Dominatu recesserunt, Hagenbachius Brisacum à civibus captus, litaeque adversus ipsum eorum viginti septem ad id Idelicis Judicibus institutâ, 9. Maji. ejusdem anni capite damnatus est; tum Brisacum ad Domum Austriacam rediit, atque per se ipsos per munitibus validisque munitionibus aegeri coepit.

In triginta annorum bello Urbis haec multis calamitatibus pressa fuit: an. 1633. Comes Palatinus Joannes Philippus et Fredericus Marchio Badenensis illam obsiderunt, at obsidionem solvere eos coegit Dux de Feria Hispanus. Verum an. 1638. Bernardus Dux Sano-Wimariensis post quatuor menses obsidionem seu potius circumclusionem mense Decembri illam obtinuit, annona pecuniarum Prosidium et Civis sub Barone de Aelinach ibi Praefecto ad deditioem cogente. Sublato, ut ajunt, ope veneni an. 1639. è vivis Dux Bernardo, illius copia unacum Brisaco Regis Galliarum facta sunt, atque sub illius Stipendiis militare coeperunt; tum ejus jussu Urbis huic multa adhuc munitiones addita fuerunt, penesque Gallos permansit usque ad an. 1700. quo vi pars Ris-

viensis an. 1697. conclusa ad Austriacos rediit: at ubi
Hispanica Successionis bellum exordia sumit, tum
anno 1703. Dum Burgundia motis ad eam 25. Augusti
castrois 6. Septembris, adeoque intra duodecim die-
rum spatium, illam obtinuit. An. 1704. Casarci
illam Stratagemate volentes interipere repulsi sunt.

An. 1715. vi pacis Rastadionis seu Badensis Domini
Austriaca restituta fuit. An. 1741. cum Successio-

nis Austriaca bellum sumisset initia, ipsa Regina
Hungarica modo Imperatrix, abduco ex ea omni
apparatu bellico munimentis nudata est. Anno
1744. advenientes Galli, quos servidius exortus, quod
munitionum erat residuum unicum aedificiis ad
Reginam pertinentibus omnino perfundederunt.

Brisau fuit antehac insignis et opimis proventibus
instructum Canoniorum Secularium Collegium
cum propria sua Ecclesia honoribus SS. Mauritii et
Thebae Legionis Martyrum dicata. Sed ubi anno
1648. vi pacis Westphalicae Urbis hae Galliarum Regi
relicta fuit, tum et Collegium istud sensim immu-
tatum est, numerisque Canoniorum defecit,
perpauis solum Beneficiatis in illorum vicem sub-
stitutis. Collegiatam quondam hanc Ecclesiam
satis illustrem reddunt corpora SS. Martyrum Ger-
vasii et Protasii Mediolano per Reinoldum Comitem
à Dassele Friderici I. Imperatoris Conciliarium et
Coloniensem Archiepiscopum huc allata.

Adest etiam Cenobium B.P. Eremitarum Ordinis
S. Augustini an. 1270. ex elemosynis specialiter
ad id collectis constanti coeptum. B.P. Conventua-
les Ordinis S. Francisci etiam hic habent Monaste-
rium ipsi Sanctissimo Patri Seraphico coetaneum,
in quo humaniora docent: paucis abhinc annis
novam, diuina veteri, Ecclesiam, eamque magni-
ficam exortarunt.

B.P. Copuini quoque hic
habent Conventum ab Archiduce Austria Leopoldo
Ferdinandi II. Imperatoris fratre germano fun-
datum, et suis sumptibus an. 1624. constanti coeptum,
anno autem 1626. perfectum. Etiam ante annos
aliquot huc introducta fuerunt Moniales, quae
Congregationis dicuntur. Sequioris sexus juventu-
tem docent ea, quae eandem nosse decet. at jam
modo ad imitas penè redactae incipiunt deficere.

9^o Neoburgum |: Nouburg:| Urbs exigua ad Denteram
Rheni ripam posita Brisacum inter et Basileam, 4. leu-
cis galicis ad Austum ab ibo, et 5. ad aquilonem ab hac dis-
tans. Olim usque ad annum 1200. proprios habuit Comites,
postmodum, facta est Urbs Imperialis; Denique Saeculo
XV. sub Austriacam Dominationem venit. An. 1632.
et 1634. in triginta annorum bello multis calamita-
tibus proesa fuit; et tandem an. 1675. in bello Lucembur-
gico Galli eam incendierunt et penitus devastarunt,
ut modo non nisi pagum exhibeat. Nec etiam P.P. Capu-
cinorum claustrum, quod ibi ab an. 1615. exstabat, paritum
fuit. Ipsi P.P. Capucini partim Schliengam partim
Stauffam in caelum profecti sunt, ac tandem Stauffa
Coenobium exitarunt.

10^o Heitersheimium |: Heitersheim:| Castrum una-
cum Oppido herqui Lemā galicā ad occidentem à Stauffa
positum, in quo Magnus Ordinis Equestris Meliten-
sis per Germaniam Magister seu Prior residebat.

Olim unam octo eidem vicinis pagis huic Ordini pro
certo pecunia summa à Baronibus de Stauffen divan-
ditum fuisse dicitur; alii memorant, locum hunc
tanquam Domini Roetelnensis feudum ad nobiles de
Schliengen pertinuisse, atque ab ipsis dicto Meliten-
sium Equitum Ordini dono datum fuisse, quibus dein-
de Marggravii Hochbergenses Roetelnensis Marchis-
natis Domini, ac nominatione Henricus III. qui ipse
met hunc Ordinem amplexus est, sub initium Saeculi
XIV. jus feudi remisissent ac condonarunt. An.
1675. Galli Castrum hoc et Oppidum incendierunt et de-
vastarunt. An. 1615. P.P. Capucini huic vocati,
venire coeperunt, quorum tamen, ut fertur, hor-
tatu, locum orauerunt P.P. Minores Ordinis S.
Francisci Conventuales dicti, atque ibidem Coe-
nobium exitarunt, quod ad hanc usque diem in-
habitavit.

11^o Stauffa |: Stauffen:| Urbs angusta ad rudi-
cam montana Hercynia et ripam Nura |: Nürag:|
fluvii posita, tribus miliaribus communibus ad Aus-
tum à Friburgo. Extra Urbis portam versus
Occidentem prostat mons vinetis ab imo ad sum-
mum superbiens, in cuius vertice diruti castri rudi-
ra magnifici quondam palatii vestigia exhibent.

Olim proprios habuit Comites, quos ab Altenburgen-
 sibus postea Habsburgicis gausi suscepisse ajunt, quorum
 ante 200. et ultra annos prosapia extinta, Urbis hae cum
 suo tractu et omnibus ad eam pertinentibus ad Domum
 Austriacam devoluta est, quae circa initium praeteriti
 saeculi Baronibus postea Comitibus de Schauenburg
 illam oppignoravit, retento sibi supremo illius Domi-
 nio necnon redemptionis seu redimtionis jure: et an-
 te triginta circiter annos* ab eadem Austriaca Domo * hae an. 1760. tri-
 redempta fuit: tandem an. 1739. Abbati, modo Bruni-
 pi et Monasterio San-Blasiano sub feudi nomine cum
 toto suo tractu pro ingenti pecunia summa divendi-
 ta fuit.

In bello, quod Suevium immediate secutum est, Gal-
 li bis Urbem hanc diriperunt, anno videlicet 1676.
 et 1677. Ne ter incendiaretur B.P. Capucini, quorum
 aliqui, exuro, ut supra dictum, ipsorum Neoburgensi
 Coenobio, hinc se receperant, praecipue de genere ad in-
 cendiarios factis impetrarunt, semelque jam incen-
 sam primi siphonibus titulisque incendiariis inde-
 nam reddere properarunt; in qua et Monasterium
 obtinuerunt, cujus fabrica an. 1683. incepta anno
 1685. perfecta fuit.

12.º Ketztinga | Rontzingam: | Urbis angusta mu-
 nicipalis ad Denteram Elza: | Elz: | fluminis ripam.
 loco plano et amoeno sita, milliari ad Africum ab Etten-
 hemis, et olim satis munita.

Brunitius non nisi ingens bagus fuit, in quo binae erant
 Ecclesiae parochiales ad S. Georgium una, et ad S. Be-
 trum altera, 400. circiter passibus versus Orientem ab
 Elza distans; quem an. 1325. Burcardus Baro de Usen-
 berg seu Ysenburg* ad hujus fluminis ripam transtu-
 lit, et Urbem fecit muris, turribus, et fossa mu-
 nitam.

* Barones seu
 Comites de Usen-
 berg, seu Ysen-
 burg vel etiam
 Isenburg sedem
 habuerunt propie
 Rubicam Al-
 satia Superioris
 Urbem. Ex eorum
 prosapia prodire
 Brasules et Archi-
 Episcopi tum Colo-
 nienses tum Tran-
 virenses. Jam
 diu desierunt.

Jam pridem Urbis ista unicum ei adhaerente Siti-
 tione, quae Kionbergensis dicitur, Dominus Austria-
 ca facta est.

Anno 1638. 5. Octobris à copiis Bernardi Wima-
 riensis Ducis expilata fuit, et munitiones ejus
 diruta et eversae, illarumque materia Brisacum
 devecta. Postmodum tamen demum restauratae
 fuerunt.

An. 1675. mense Martis Galli illam
 diriperunt. An. 1702. post trium dierum obsi-
 sionem ipsam Gallis pacis conditionibus se dedidit;

Deuteran
 4. km
 hae di-
 it Comites
 saeculo
 lo. 1632.
 almita-
 luenbu-
 tarunt,
 B.P. Cap-
 T, pariter
 partim
 tanga
 am una
 i. Stau-
 tauris
 t.
 obini po-
 en dicit
 in hunc
 obiles de
 Meliten.
 by. dicit
 Markis.
 in ipse
 saeculo
 ha.
 et de-
 orati,
 hor.
 is S.
 am Co-
 in in-
 S. radi-
 turaq;
 ad Aus-
 resis
 sum-
 in rubi-
 catione

Ob. Franciscani Reuolenti seu de Observantia dicti
provincia Tyrolensis hic habent Coenobium. Jam anno
1639. 23. Decembris in hac urbe sedem fixerant, unde
tamen bellica devastationes eos excedere coegerunt.
Anno 1647. a Magistratu reuocati fuerunt, ipsisque
Monasterium conditum. An. 1654. 19. Iulii Crux plan-
tata fuit; an. 1659. 29. Maji Abbas Ettonianus pri-
mum Monasterii Capidem posuit; et an. 1662. Suffra-
ganus Argentoratensis Gabriel Hang assistentibus
tribus Praelatis Ettoniano, Schutterano, et Tennen-
baensi idud unicum Templum hoc consecrauit. An.
1676. 3. Septembris bellum gallicum Dennis Patres
hoc extraxerunt, at brevi post redierunt, et haecenus
isthuc loci subsistunt.

13^o Quingentis circiter versus Austrum à Kendinga
passibus ad sinistram Elza ripam extat nobile olim
Sanctimonialium Ordinis Cisterciensis Coenobium Woh-
nenthalense [Wohnthal:] dictum.

Eidem initium dedisse ajunt quinque vel sex claris
natalibus et perillustri stemmate procreatas virgines,
quae dotibus suis simul in unum collatis amore vite
solitaria posthac saluatore Dei obsequio transi-
genda hic novum quoddam auspiciatae fuerunt
contubernium; quod saepe temporis aliquantulum
auctum tandem An. Chr. 1256. ad instantiam
Rudolphi Comitis seu Baronis ab Henburg ab Alex-
andro Papa IV. Ordini Cisterciensium fuit additum
et incorporatum. Prima illius Abbatisa fuit ejus-
dem Rudolphi Baronis seu Comitis Germana Soror.

Gloret hodie diu Coenobium istud, non tam ab opu-
lentiâ, ut quae in illo deficiat, quam ab inuolentibus
virginibus in omni vite sanctitate Deo seruienti-
bus illustre. Ante annos aliquot diruto veteri,
quod minam omnino minabatur, Coenobio, novum
excitatum est non magnificum quidem sed satis
commodum.

14^o Endinga [Ending, Endingen:] urbs mediocris
Lenua gallica ad austrum à Kendinga distans. Anno
1366. vel 1367. Triburgenses Sappetias fauentibus Ba-
siliensibus, Brisacensibus, et Neoburgensibus, illam
obsederunt; verum Egon Comes Fürstenbergius
eorum 1000. tumidatis urbem obsidione libera-

vit. Anno 1637. Bernardus Dux Wimeriensis illam occupavit. Fuerunt in Brisgoja Nobiles, qui ab hac urbe nomen habuerunt, et quorum prosapia circa medium praetanti Sauli desit. Endinga bina sunt parochiales Ecclesia una ad S. Petrum, altera ad S. Martinum.

150. Monasterium S. Udalrici (S. Uloif) in Sylva Herinia situm leuia gallica ad Orientem à Stauffa, olim Ordinis Cluniacensis, et ab anno 1848. Abbatia S. Petri Ordinis S. Benedicti in Sylva Herinia subiectum et incorporatum. Illius historiam ex Opere germanico, cui titulus: Vita et miracula S. Udalrici Confessoris Ordinis S. Benedicti Congregationis Cluniacensis et Monasterii SS. Apostolorum Petri et Pauli, nunc ab ipso S. Udalrici dicti in nigra Sylva primi prioris p. à quodam S. Petri et Pauli Monacho an. 1756. edito tran- suntam hic breviter attingimus:

Saeulo XI. Sub Imperatore Henrico IV, qui ab an. 1056. usque ad an. 1106. Imperii rebus praefuit, et circa an. ch. 1072. fuit in Brisgoja vir admodum potens Hesso nomine, in Castro Rimesingo* non procul à Brisaco sedem habens. Hic, cum prole careret, à S. Hugone Abbate Cluniacensi Monachos petiit in praedia et locum, in quo Monasterium excitarent, traditurus: illius petitioni annuens B. Hugo misit ad eum quosdam ex suis Discipulis, quos ille benigne suscepit, eisque non procul à Rimesingo Castro hoc locum assignavit, qui à circumquaque viventibus Sylvis et arvis germaniae Gouningon, velut viridans, appellatus est. Hic ergo Cluniacenses Coenobium excitaverunt, ad quos exactis quibusdam annis à B. Hugone missus est S. Udalricus noster**, ut Monasterio huic tanquam Prior praeseret. At cum locus iste ipsi haud satis solitarius videretur, ex relicto, desertum petiit, ac tandem in locum antiquitus Cedam dictum ab omni mundi tumultu remotum montibus spissisque silvis obsefum venit, ibique novum excitavit Coenobium, quod statim Cella SS. Apostolorum Petri et Pauli, deinde Cella Villemans nuncupatum fuit | In Bibliotheca Cluniacensi pag. 1742. Prioratus de Sella vocatur | cui postquam quamplurimis annis tanquam Prior praesisset, sancta, prout vixerat, obiit 10. Julii aetate circiter 1093. in vita et

* Rimesingum
| Rimesingon: |
Bini sunt hujus
nominis pagi mille
passibus à se invi-
cem distantes, quo-
rum unus Austrom
tenet, ac Superior
vocatur, alterum
Septentrionem, et
Inferior dicitur.
In Superiori visi-
tur adhuc vetus
Castrum Sedes Hef-
sonis nostri. Uter-
que milliari versus
orientem à Bri-
saco distat.

** Ajunt hunc S. Udal-
ricum seu Uloicum
genus Duasse à Co-
mitibus Dillingen-
sibus et Kybrungen-
sibus Loringia Du-
um consanguineis;

atque Ratisbonae patre morte miraculis clarus nomen ~~Monasterio~~ Summum Monasterio
Bernoldo, quem aliqui relinquent, quod tamen primum an. 1345. usurpare ac S.
Bernoldum vocant, Udalrici Cenobium dicitur coepit.

~~Monasterio~~ circa an. 1015. natum fuisse. Invenit exacta in Aula Henrici III. Imperatoris aliquot annis demoratus est. tunc Lulesia minis-terio adscriptus, ac Trisingensis Cathedra-
lis Ecclesiae Canonius factus, peregrinationem in terram Sanctam suscepit, à qua Trisingam rediens ab-
dicatis rebus omnibus Romam ad li-
mina Apostolorum profectus est; inde Cluniam veniens ibidem Monachum induit sub S. Huguone Abbate.

Sucessores habuit Breviores Cluniacenses Monachos usque ad annum 1546. tunc enim temporum et hominum injuria Cenobium hoc ad Summam redactum paupertatem Monachisque vacuum Cluniacenses Joanni Kern Abbati S. Georgii in Sylva Nigra ceperunt, cuius possessionem, data ultimo Cluniacensi Priori Stephano Gaudino certa quadam pecunia Summa, ipse amovit, quod tenuit usque ad an. 1560. quo 15. Augusti illud Joanni Erb Monasterii S. Petri in Sylva Nigra Abbati, acceptis ab ipso, quae in illud fecerat expensis, tradidit, penes cujus Successores ad hanc usque diem permansit; ac primum an. 1741. Monasterium hoc seu Prioratus Templumque ejus è fundamento magnis sumptibus reedificata fuisse. Hic officium divinum peragunt unus aut duo Monachi S. Petri.

16^o S. Trudperti | S. Trudpert: | Monasterium vetustissimum simul ac pene celebre Ordinis S. Benedicti loco minime insalubri ad Sylvam Herciniam inter altissimos montes situm quatuor leucis Gallicis ad Austriam à Friburgo.

Nomen accepit à S. Trudperto nobili Franco, qui circa an. Ch. 600. in Sylvam Herciniam venit, ut ibi in molis Evangelium annuntiaret; ubi in ipsis Hercinia saltibus ac ditione cujusdam Ottoperti Comitis Altenburgensis, postea Habspurgensis, pro-
pice ab impiis, quibus salutem annuntiabat, occiditur. Id cum idem Ottopertus intellexisset, et ex miraculis, quae ad ejus tumulum fiebant, illius innocentiam intellexisset, de fontibus sumto supplicio, Martyri honorificam sepulturam constituit, atque super eam sacellum condidit, quod S. Trudperti vocatum. ab ipsis Successoribus Comitibus in nobile Ordinis S. Benedicti Cenobium commutatum fuit, quod S. Trudperti Monasterium dictum est, atque ad hanc usque diem floret.

17^o Prioratus Todtnosianus | Todtnob: | celeberrimo ac principali S. Blasii Monasterio adjectus et subditus, et ab eodem Duabus leucis Gallicis versus Occidentem in colle praesaltis montibus Sylvisque obfesto

collocatus. Nomen accepit à palude ulvis referta et colu-
leum, in quo positus est, ambiente, quae quondam olim
tet. à mephiti, quam in omnem latè regionem spargebat,
nulli animalium non lethalis fuit, unde balus seu
ulva mortifera |: Todtnod:| appellata fuit.

Hic anno chr. 1259. iubente, quod memorant,
B.V. Mariae illius lignea effigies allata fuit à quodam
Bartholo Riehenbachensi nomine Theodoro, cuiusque
non liberalitate Rudolphi Habsburgi et Alsatis Co-
mitis adicula in Templi formam exerevit, et ab
Eberardo Constantiensi Episcopo dedicata et parochia-
li jure donata est an. 1268. Denim à Leopoldo
Austriaco an. 1319. laudato S. Blasii Monasterio
donatione perpetuà tradita fuit.

Crevit inter arbores etiam loci celebritas, factique,
ut sub an. chr. 1828. diruto veteri Templo, quod
ad capiendam fidelium hinc confluentium multi-
tudinem haud par erat, majus elegantiusque
excitaretur, quod hodieum à pristina aestima-
tione non desierit.

Copiam gratiarum coelestium, quae Deus per in-
tercessionem B.V. Mariae fidelibus hinc imperti-
tur, arguunt anathemata magno numero, per
vastos Templi parietes suspensa, quae pro aliis
ob raritatem suam merentur admirationem.

18. S. Blasii Celeberrimum potentissimum, nec-
non ab aliquot annis Principali dignitate aeternum
Ordinis S. Benedicti Monasterium in Sylva Heri-
nia ad Albam |: Alb:| fluvium loco satis horrido inter
proaltos saxososque montes et Sylvas situm dua-
bus leuis Gallis ad Orientem à Bioratu Todtnosiano,
et quinque circiter ad Caucum à Valdusta |: Waldb-
st:|

Ortum suum debet veteribus quibusdam Chastia-
nis, qui sub finem Sauli III. vel initio IV. Diocle-
tiani persecutionem fugientes, hinc se repperunt,
ubi vitam anachoreticam agentes Deum laudibus
celebrabant. Dis cum S. Blasius Sebaste in Cappa-
dopia procul, et sub Licinio Caesare an. chr. 312. mar-
tyris coronatus apparisset, ac ad constantiam et
mundi minarum contemptum adhortatus fuisset,

ajus montis morem gesserunt, illumque patronum suum agnoscentes habitationem suam ab eo beineps denominarunt.

Postquam igitur hoc modo per quadringentos et amplius annos summa humilitate et manuum labore vitam egissent, tandem saeculo VII. longè latè-que jam celebratum S. Benedicti Ordinem amplè sibi Briorem elegerunt. Cùm autem postea sub Ottone I. Imperatore, qui ab an. 936. usque ad an. 973. res Imperii moderatus est, Regibertus Baro in Selden-

* Seldembüren ^{Büren*} Imperatori gratissimus, necnon ipsi ab arcibus Olim Castorum Consiliis, ac inter belli pericula fortis, in proelio quomiliari ab Ur-
be Figurina Dis-
situm.

an. 941. initum manu truncatus fuisset, proinde ad hujusmodi conflictus posthac minis utilis factus fuisset, totum se se Deo et Religioni tradere statuit.

Beneptà igitur San. Blasianorum Gratium pia conversatione, repudiata militari et aulicà vità se anno chr. 945. ipsis junxit, suasque facultates eis penitus adiciens, novam Monasterii Structuram eamque amplam molitus est, quod, constituto illius primo Abbate Beringero, ex Brioratu Abbatia ~~facta~~ multarum opum accessione aucta factum est, ac successu temporis majora semper sumit incrementa, ita, ut modò inter opulentissima totius Germaniæ Cenobia recenseri mereatur; cujus Abbatem ante aliquot annos Imperator Francisus I. ~~hodie~~ ~~factus~~ ~~regnum~~ inter S. R. I. Principes adoptavit.

Neque hìc silendum, quæ de florentissimo hoc Arestorio alicubi scriptum legimus, videlicet, quòd sicut proprio semper, quod ajunt, nata vitæ cortice, nec unquam peregrinos in sedem suam adiecit Crasules aut Arcetus; ita viros illustres, è suo gremio produxerit quamplurimos alienis Infulis ac Cenobiorum gubernaulis admotos, quorum triginta quinque et amplius numerantur, inter quos duo Episcopi Constantiensis et Basileensis fuerunt; ceteri variis Germaniæ Monasteriis tanquam postulati Abbates profuerunt;

Quotiescumque Domus Austriaca cum Borbonica bellum habuit, si antiquarum conventionum Regi Helvetiae harum urbium tutelam in se suscipere con-
 fuerunt: at in ultimo Successionis Austriacae bello
 hac sua conventionem stare haud opportunum vati, geli-
 do velut animo permisissent, ut Galli eadem Regina
 Hungarica pro Ducis Bavaria eriperent, Subditosque
 ad eadem fidelitatis iuramentum praestandum adi-
 gerent: unde graves ejusdem Reginae apud eodem
 Reges querela.

Ante praesens Monasteriensem seu Westphalicam Gal-
 lii has urbes occupaverunt, quas tamen si dictas pa-
 cis Domini Austriaca una cum his Tractibus vesti-
 tuerunt. Singulas unam Tractibus suis ex-
 pendere habet.

1.º Valdusta, Valdhusta, Waldshuta, Waldshu-
 tum, item Custodia Sylvae, seu Sylva Custodia |: Wald-
 fut, Waldhofut, Waldhofut, Valdfut, waldfut, et
 waldfut: | Urbs Sylvaticarum minima ad Dentem
 Rheni ripam in Cytgoria penè è regione Ostii Arolae
 |: Arolae: | fluvii Rheni ibidentis posita Basileam inter
 et Scaphuriam, ab hac septem leuis gallicis. Sub Syl-
 va Nigra promontorio, unde procul dubio nomen ejus
 derivatum est, sub grad. long. 29. m. 58. lat. 47. m. 28.

* Graeporus natus
 Basileae an. 1579. vir
 eruditus, scripsit
 inter alia Itinerarium
 Historiographi-
 ciam.

Si Graeporus* fides, ante 700. annos hic non nisi
 purgians cognomento Dives, qui primus inter Comites
 Habspurgios Alsatiae Landgraviu titulum usurpavit,
 An. Chr. 1249. ibidem urbem exiavit.
 Anno 1468. Helvetii illam frustra impugnaverunt.
 an. 1638. Bernardus Dux Wimerianis illam oppu-
 gravit. An. 1688. Galli illam occupaverunt, nec
 deseruerunt nisi accepta pecunia summa exila-
 tionis et incandii redemptionis pretio.

Laesam-
 diu et quoties Galli Friburgo potiti sunt, ante-
 rioris Austriae Vicasterium seu Regimen Valdusta
 sedit; in ultimo tamen Successionis Austriacae
 bello, ubi Galli pro Imperatore Carolo VII. Bavaro
 urbem hanc tenere, tunc memoratum Regimen
 Klingonariam Helvetiae Urbem ad Arolam, leuis
 gallicae trans Rhenum à Valdusta sitam se recepit.

Anno 1726. incendium passa est, quo quadraginta
 domus unicum Civitatis Curia et innumeris documen-
 tis perierunt. Patres Capuini in ea habent
 Coenobium, cuius Eulceriam an. 1689. die 4. Septem-
 bris Episcopus Constantiensis consecravit.

20. Lauffenburgum seu Lauffenburga; Lauffen-
 burg, Lauffenburg, Lauffenburg, et Louffenburg;
 Urbs Valdustani inter et Sanctionem posita qua-
 tuor ferme leuis gallicis ad Occidentem ab illa, et tri-
 bus ferme ad Orientem ab ista, Rhenus illam
 perfluit, ac in binas partes inaequales dividit, quo
 ponte supra Rhenum Strato junguntur. Major
 Urbis pars ad Sinistram Rheni ripam et in finibus Rau-
 raorum posita est, necnon in Spiritualibus et re-
 bus Ecclesiasticis Episcopo Basileensi subditur; pars
 altera ad Dexteram hujus fluminis ripam et in latere
 Sylva Nigra collocata Episcopo Constantiensi in
 Spiritualibus parte: medium pontis sacellum occu-
 pat utriusque Diocesis collimitium.

Nomen a Rheni cursu et fastigiato intra trans-
 rhenanam Urbis partem monte, in quo extant ve-
 teris Castri rudera, auspisse videtur. Rhenus
 ibidem paulo infra pontem inter saxa horrida de-
 pressus terribili stridore et susurro praecipit,
 necnon undique coarctatus et ubique illidens vel
 ipsa Charybdi Scyllaque vorticiores se exhibet.

Urbs haec antiqua est, olimque celebris admodum
 fuit, jure monetandi, aliisque privilegiis, opu-
 lentia et auctoritate praestitit; vestris quoque
 avariis, Chartariis et aliis quatuordecim officinis ma-
 ximos proventus eidem conferentibus.

Illam jam saeculo V. extitisse memoria proditum
 est, enimvero: cum sub regno Godovici Francorum
 Regis, qui ab an. 481. usque ad an. 511. quo 28. Novem-
 bris mortuus est, a Conite quodam S. Frido & Francis impe-
 lino Rauracorum Apostolo et a se Sanctione constau-
 ravit, to Virginum Coenobio donatum fuisse vetera monu-
 menta compestum facere videntur. Postmo-
 dum ab ejusdem Coenobii Abbatissa quadam Urbs
 haec sub feudi titulo alienata fuit; enimvero sub
 Imperio FridERICI I. Anobardi, qui ab an. 1152. usque
 ad an. 1190. rebus Imperii praefuit, Huitoldus Ragens-

perza Baro, vel, ut alii volunt, Godofridus Baro de Stauffen
illam velut istius Coenobii fundum possedit, à quo per
ejus filiam ad Rudolphum Comitem Habsburgicum co-
gnomento Taciturnum, qui eidem nupsit, pervenit,
et inde ad Domum Austriacam, penes quam adhuc est.

Anno 1343, aquarum inundatione Lauffenburga
multum afflicta fuit, postquam, qui sublimis erat, ab-
ductus. An. 1350. fulminis ictu penè tota in flam-
mas abiit. An. 1443. à Bernatibus, Basiliensibus, et
Solodorensibus obrota fuit, sed interuenientibus Fri-
derico Episcopo Basiliensi, et Joanne Comite de Thirstein
ab eà receperunt. An. 1468. Carolo Burgundiae Duci
cognomento audaci oppugnata fuit. An. 1479.
120. ades in ea perierunt incendio. An. 1480. et
1497. aqua inundatio pontem abduxit, qui an. 1541.
lapideus factus est. In bello Suevico an. 1499.
propè eam Helvetios inter et Suevos volitationes ac-
ta sunt. In triginta annorum bello an. 1638.
Suevi illam oppugnauerunt, qua in pace Westphali-
cà Domini Austriacae restituta fuit. In ultimo
Successionis Austriacae bello à Gallis pro Carolo VII.
Imperatore Bavaro occupata fuit.

Patres Capucini extra muros habent Coenobium,
quod an. 1660. die 4. Aprilis unicum Templo suo dedi-
catum fuit à Thoma Henrico Episcopo Chrysopoli-
tano et Basiliensis Antistitis Suffraganeo celebri
Operis, cui titulus: Anatomia Confessionis Augusta-
nae Auctore. Hic celebris est Salmonum
adverso flumine natantium piscatis.

3^o Sanctio, Sauonium, Saconium, Seconium,
et Beckinga | Drebringum | Urbs enigma ad Dente-
ram Rheni ripam, qua ponte sublimis sinistra jun-
gitur, sita tribus leuis gallicis ad Occidentem à
Lauffenburga.

Olim urbs haec insulam à Rheno factam ocu-
pabat; verum tractu temporis Rheni ramo, qui ab
unà ejusdem fluminis ripa divertens paulò inferi-
us in eam revertebatur, exsiccato, insula esse
desiit.

Creditur Urbs haec nomen habere à Sequanis, qui
Rauracis ad sinistram Rheni ripam sedes habenti-
bus, Paulis SV. V. et VI. quo tempore ipsa ortum sum-
sit, procul subiacenti fuerunt.

Anno 938. Hungari propè Seckingam à Basileen-
 sibus et Fricoviensibus Duce Hemmingero potente re-
 gionis hujus viro noctu intercepti ingentem accepere
 cladem. An. 1272. inflammatus abiit. An. 1343.
 Rhemi inundatione pons illius abductus fuit, et alias
 eidem grava damnum illatum. An. 1448. Helve-
 tii frustra eam obsederunt. An. 1634. Suevis, an.
 1638. Bernardo Duci Vimariensi, et an. 1639. Ba-
 varis se dedit.

In ea est Nobilium Virginum et Canonissarum
 Collegium à S. Fridolino, quam regio Scotorum et
 Hibernorum sanguine procreatum ferunt, sub Go-
 dovoo Francorum Rege circa an. 490. vel 495. pro
 octo Virginitibus et quatuor Canonissis fundatum.

Quidam volunt, has Nobiles Virgines, ubi S. Bene-
 dicti Ordo per totam Europam florere coepisset,
 illum amplexas fuisse, ac postmodum, illo valuto,
 Sculares Canonissas factas esse. Hujus Colle-
 gii Abbatisa S. R. J. Princeps creata est an. 1307.
 ab Imperatore Alberto I. Austriaco. Tutores
 habet Princeps Austriacos ab an. 1180. quo Fri-
 dericus I. Imperator Alberto Diviti Comiti Hals-
 burgio illius advocatiam tradidit.

Extra urbem antea Monasterium Monialium
 Tertie S. Francisci regula enitatum à quodam Urbis
 hujus Cive Joanne Heelblingo, qui locum duabus
 suis filiabus Anna videlicet et Margariti piis puel-
 lis habitandum dedit, ubi ipse an. 1340. Monasticam
 congregationem inchoavit.

4^o Rhénofelda, velut Rhemi Campus | Rhain-
 feldu: | Urbs mediocris ad sinistram et australem Rhe-
 ni litus in finibus Rauracorum et Fricandiae sita
 tribus leuis gallicis ad occidentem à Seckinga et toti-
 dem ad orientem à Basilea.

Eidem olim imperarunt Comites Fricovienses
 seu Fricenses, postea ab illa Rhénofeldenses dicti.
 Ab his ad Garingia Duces pervenit, quorum stirpe an.
 1218. in Berchtoldo V. extincta, urbs haec Imperio, Cas-
 trum vero quorundam Comitum Sedes Rudolpho
 Habsburgico cessit. Centum post annis Rhénofel-
 da Domini Austria oppignorata fuit ab Imperatore
 Ludovico Bavaro, et an. 1323. ab eodem repignerata.

Exin an. 1444 ab Alberto Austriae comitis sollicitata, et ab eodem contiguo Castro acriter impugnata, sed non capugnata fuit: tandem post plura certamina, volitiones, mutuasque hostilitates, per Joannem De Rehb-berg, et Thomam De Falckenstein Stratagemate capta et Domini Austriae aperta fuit, cui hodie usque paret.

A qua ac quando Urbs haec excitata fuerit hactenus incompartum fuit: bina duntaxat sunt illius portae una, quae Rheni, altera quae Secklingensis nuncupatur. Ante Successionis Austriae bellum partivite veteri partim arte nova utriusque munita erat; cuius impendebat Castrom Stein, id est, Saxum vocatum in rupe eminenta undique Rheni aquis obfusa ac dum lo speciem referente positum.

In triginta annorum bello Rheno-falida multis calamitatibus pressa fuit, modoque hostium modo amicorum fuit, tandem ubi an. 1638. Polemarcha Austriae Joannes De Werth non procul ab ea a Suedis caesus et captus fuit, tum et Urbem obtinuerunt, quae primum post pacem Westphalicam Domini Austriae reddita fuit. Anno 1678.

Galli illam intercipere tentarunt, at male omnino ipsis res cepit, ac quamplurimis suorum devictis recedere compulsi fuerunt. In Successio-

nis Austriae bello iidem Galli pro Imperatore Bavaro Carolo VII. illam occupaverunt, at brevi post omnibus suis munitam munimentis, dirutaque, quod ei in rupe impendebat, Castro, ~~illam~~ de-derunt.

Anno 1748. circa horam vespertinam inter fulgura et tonitrua ruptis veluti coeli cataractis à vicinis monte aqua summo impetu et horribili stridore profluentes omnibus, quae circa illam erant, domibus et molendinis ~~labatas~~ una cum hominibus et jumentis in illis extantibus sublatis et subversis urbi ipsi impegerunt, atque vix non minus supergressa, eidem ultimam exitium minitari visa sunt.

Hic est Rheno-falida Euleria Collegiata, quae simul parochialis est S. Martino Turonensi Episcopo sacra. Primum et ab origine sua parochialis duntaxat fuit, undè verò censibus et uberioribus

reditibus admodum dotata et aucta promovente loci Or-
 dinario Henrico II. Comite Thurensi Episcopo Basi-
 leensi sub an. 1228. titulum et dignitatem Collegia-
 tie promeruit: vetustum tamen quoddam monumen-
 tum seu protocolum domesticum id factum memorat
 sub Henrico III. à Comitibus Neoburgensibus Basiliensi
 itidem Episcopo XLV. qui ab an. 1263. usque ad an. 1274.
 Insulam Basileensem tenuit. Olim in eâ præter
 quatuor Sacellanos duodecim numerabantur Canonici,
 quos postmodum variorum bellorum et hæresum in-
 juria ad sex, et tres Sacellanos redegerunt.

Patres Capuini hinc quoque ~~conventum~~ ~~habent~~
~~Conventum~~ habent ab an. 1596. quo angu-
 laris illius lapis positus fuit, Structura vero anno
 1598. completa, et 25. Octobris ejusdem anni Tem-
 plum consecratum. Verum anno 1634. Ringra-
 vius Urbem obsidens, in festo Exaltationis S. Cru-
 cis sub mediam noctem Conventum hoc, quod extra
 Urbis muros situm erat, incendi jussit. Postmo-
 dum an. 1655. intra Urbis moenia novum extrui
 coepit, quod an. 1657. unicum Templum finitum et
 completum laudati Patres intrarunt, et ad hanc
 usque diem tenent.

Rhenofeldâ adest Praefectura Regimini Ante-
 rioris Austriae Friburgi residenti subordinata. Hanc
 Luffenburg, Fricgandia, cæterisque locis jus dicit.

5.º Benkenum | Bruchon seu Büchlon | Eques-
 tris Teutonici Ordinis pingue Domicilium, seu,
 ut ajunt, Commenda, mediâ Lemâ gallicâ ad
 partem Rheni Septentrionalem seu Septentrionalem à Rhenofeldâ
 posita. Olim fuit Castrum, quod Imperator
 Fredericus II. Saeculo XIII. unam suis attinenti-
 bus eidem Equestri Ordini dono dedit.

6.º Fricorivum | Fric | Oppidum duabus Lem-
 cis gallicis à Seckinga dispositum. Nomen tri-
 buit satis ampla valli, quæ ab ipso Vallis Frico-
 ria seu Fricgandia | Fric = Thal seu Fric-
 gan | vocatur. Anno 1588. Bernates in
 eam fecerunt excursionem, actâque prædâ
 non receperunt. An. 1689. in Comitibus Ba-

Dena Helvetiae Urbe celebratis De hujus vallis venditione
aut oppignoratione Pagis Helveticis faciendâ equidem
actum est, id autem effectum haud sortitum est. In
hac valle copiosa sunt ferri fodinae, ita, ut trudenim
officina ferraria in ea haberi possint.

7^o Olzperga (= Olzognog) Monasterium Nobilium Or-
dinis Cisterciensis Monialium mediâ leviâ galliâ ad
austroem à Rhenofeldâ versus territorium Basileense
situm. à quo fundatum fuerit hactenus mansit
ignotum. Vetera tamen monumenta produnt,
illud olim Moniales Benedictinas incoluisse, eas-
que an. 1171. vel, ut alii volunt, an. 1250. Ordinem
Cisterciensem amplexas fuisse. Repetitivi-
cibus in cineres redactum fuit hoc Coenobium, et an.
1525. in Rusticorum bello ab ipsi expilatum et devas-
tatum fuit adeò, ut per 26. annos Desertum jace-
rit. Postmodum tamen restauratum fuit, mo-
doque floret sub visitatione et directione Abba-
tis Tennembacensis seu Porta Coeli.